Sermo sextus

Venite comedite panẽ meum. z cãm tuam zc. vt in primo sermone. ¶ Secũda rõ sapiẽtie dei qua dominus dat homini corpus. s. in cibum est humane nature corruptio q̃ huius cibi exigebat medicamentũ Et hoc quantũ ad tria Primo q̃ntum ad congruã curatõis inchoatiõem. Secõo quantũ ad integram corruptõis curatiõem. Tertio quantũ ad firmã sanitatis ꝓseruatiõem. Primo humane nature corruptio exigebat tale cibum quantũ ad ꝓgruam curatõis inchoatõem. quia sicut initiũ corruptiõis z mortis cepit a cibo a medico vel p medicũ petito. s. a ligno scie boni z mali. sic initium iustificatiõis z vite incipere debuit a cibo p eundez medicũ ꝑsuadendo scz a verbo ligno vite. i. a corpe dominico. De ꝓmo Gen. ij. De ligno scientie boni et mali ne comedas. in quacũq̃z enim die comederis ex eo morte morieris. De secõo Joh. vi. Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis z biberitis eius sanguinẽ: nõ habebitis vitã in vobis. Secũdo humane nature corruptio exigebat corpus domini in cibũ quantuz ad integrã corruptõis curatõem. Serpens eim̃ malignus infudit homini p venenũ pomi petiti triplicẽ corruptionẽ. scz in anima tenebras ignorantie. in carne morbũ praue concupiscẽtie. z mortẽ vtrobiq̃z. Gen. iij. Serpẽs decepit me. De ꝓmo Ps Homo cuz in honore esset nõ intellexit compatus est iumẽtis insipiẽtibus Gen. i. Tenebre erãt sup faciem abyssi. s. ignorãtie sup faciez humani cordis et diabolica deceptione. De secũdo Gal. v. Caro concupiscit aduersus spiritũ. Roma. vij. Video aliã legẽ in mẽbris meis repugnantez legi mentis mee. Lex in mẽbris est morbus concupiscẽtie mouens mẽbra ad actum malicie De tertio Sap. ij. Inuidia diaboli introiuit mors in orbez terre. De oĩbus Augꝰ. Si angelus de proprio pluens in paradyso nõ esset auditꝰ nõ precipitaremur in mortez. Sed venit de celo lapsus serpens factus et emisit venenum de proprio locutus est de suo gustate et eritis sicut dij. Et illi appetẽtes quod nõ erant amiserũt quod acceperãt. scz intelligẽtiam: vite iusticiam. nõ moriendi possibilitatem. Quia igit diabolꝰ per cibum venenosum triplicẽ corruptiõem infuderat necesse fuit ad integram curationem vt medicus

Sextus.

et saluator noster cibum medicinalem contra hec tria daret. et hoc est corpus suum: quod pie recipientium ignorantie tenebras illuminat. morbum praue concupiscentie sanat. ⁊ mortem destruendo triumphat. De primo Ps. Dominus illuminatio mea et salus mea. accedite ad eum ⁊ illuminamini. Corpus enim christi est verbum dei. id est vera lux in carne humana quasi in lucerna qua illuminatur fidelis anima De secundo Ps. Pluit illis manna ad manducandum. Exodi. xvi. Dane ros iacuit in similitudine pruine super terram. Panis ergo celestis in similitudine pluuie roris et pruine apparebat. quia corpus domini a furore concupiscentie praue refrigerat. De tertio Jos̄his. vi. Patres vestri manducauerunt manna in deserto ⁊ mortui sunt. Hic est panis de celo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit non morietur. ⁊ sic cibus iste mortem eternam destruit. Tertio humane nature corruptio exigit corpus domini in cibum quantum ad firmam conseruationem sanitatis. Quidam enim ad tempus de peccatis compunguntur ⁊ quodammodo curantur. sed tempore tentationis per recidiuum iterum corrumpuntur. Ps. Putruerunt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee. Ad conseruationem autem sanitatis anime ⁊ ad incorruptionem bone vite valet cibus iste. Canti. primo. Fasciculus mirrhe dilectus meus mihi iter vbera mea commorabit. Sicut enim mirrha incorrupta seruat corpora. sic corpus domini pie sumptum corda. Ambr. Considera vtrum prestantior sit panis angelorum. i. manna iudeorum an corpus christi. illud corruptioni obnoxium. hoc ab omni corruptione alienum. ⁊ quicunque religiose gustauerit corruptionem sentire non poterit ¶ Tertia ratio sapientie dei qua dominus dat homini corpus suum in cibum est humane nature conditio. que rationalis creatura est ⁊ corpori coniuncta Rationalis creatura potest tribus modis considerari. ⁊ secundum hoc indiget cibo triplici. Primo considerat rationalis creatura secundum id quod est incorporea ⁊ pure spiritualis. vt natura angelica. Secundo modo vt est corpori coniuncta sicut dissimilis dissimili. spiritus carni Tertio modo secundum quod ille due nature scz corpus ⁊ anima in singulis personis hominum sunt familiari societate ⁊ miro amore coniuncte. Sed quocunque modo istorum trium consideretur rationalis creatura secundum conditionem suam conuenienti indiget alimonia. Primo enim modo considerata scz secundum quod est incorporea et pure spiritualis vt natura angelica secundum conditionem suam exigit per quod viuat et subsistat. alimentum scz verbum dei eternum secundum se incorporeum quod est eterna dei sapientia. Thobie. xiij Ego cibo inuisibili et potu qui ab hominibus videri non potest vtor Prouerbiorum. iij. Eccli. primo. Lignum vite est sapientia dei ⁊ fons sapientie verbum dei in excelsis reficiens. scz angelos in celis. Secundo modo considerata rationalis creatura vt est corpori coniuncta sicut dissimilis dissimili. spiritus carni. pretiosum vili secundum conditionem vtriusque nature indiget vtroque cibo sibi conuenienti sed dissimili. quia spiritus spirituali ad modum angeli. corpus corporali ad modum bruti. De primo Ps. Panem angelorum manducauit homo. p. Chorinth. x. Patres nostri omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. Sapien. ix. Si quis erat consummatus inter filios hominum si ab illo effuge-

rit sapientia tua in nihilum computabit. quasi qui spūali cibo qui est dei sapiētia caruerit a vita spirituali deficiet. Eccī.xv. Cibauit euz pane vite ⁊ intellectus ⁊ aqua sapiētie salutaris potauit eū. De secundo ij. Regū.xij. Paup quidā habebat ouiculam de pane illius comedēs. Eccī.xxxix. Initiū nccē rei vite hominū lac ⁊ panis mel ⁊ oues ⁊ oleū hec oīa sanctis in bona ⁊ impijs in mala ꝯuertentur. De vtroq; Deutroñ.viij. Math.iiij. Nō in solo pane viuit hō sed in oī verbo qd̄ procedit de ore dei. Aug⁹. Sicut aīa vita est corpis. sed nō viuificat illud sine cibo corpali.i. sine ꝟbo dei. et sic hec ⁊ illa natura hoīs vt sibi dissimiles dissimilē cibum habuerūt ⁊ alieno modo ⁊ longe ab inuicē comederūt. nec cibus spūs ꝯgruebat corpori. nec cibus corporis spiritui Tertio vero mō ꝯsiderata rōnalis creatura scz ꝑm q̄ ille nature.i. corpus ⁊ anima sunt in singulis personis hominū familiari societate miro amore ꝯiuncte: tunc exigit ad eternam saluatiōem vtriusq; vnus cibꝰ toti homini. id est vtriq; nature cōueniēs spūalis simul ⁊ corpalis. scz verbū caro factū quem simul socialiter sub q̄dam sacramēto comedāt cuius virtute aīa de p̄senti miseria ad vitā beatitudinis eterne ꝑueniat ⁊ corpus ad modicū tempus seruetur in terra. tādem gloriose resurgat. De hoc cibo Jo.vi. Caro mea vere est cibꝰ. id est caro dei caro humana vnita dei verbo vere est cibꝰ. scz totius hoīs valens aīe ⁊ corpori Eccī.i. Vnus est altissim⁹ creator oīm ipse creauit sapientiam spiritu sancto. ⁊ ꝑm datum suum p̄bet illā diligentibꝰ se. Creauit sapientiam spiritusancto. id est virtute spūssancti creaturā carnis d̄ ꝟgine sumpsit et sapientie sue vniuit. ⁊ ꝑm datum suum.i. liberalitatem p̄bet illam.s. in cibū diligētibꝰ se. scz fidelibꝰ vt ꝓsit sicut dictum est corpori ⁊ anime. De hoc cōuiuio corpis ⁊ spiritus. Esa.xi. Vitulus ⁊ vrsus pascentur simꝰ. Vitulus significat corpus qd̄ in sacrificiū dño est mactādum. vrsus spiritū. qui sicut vrsus bestijs sic terribilis esse debet bestialibꝰ motibus ⁊ moribꝰ. Hi pascentur simul scz vero cibo.i. carne christi vt ꝓsit aīe ⁊ corpi. De p̄mo Joh.vi. Qui manducat carnē meā ⁊ bibit meuz sanguinē habet vitā eternam.s. quo ad aīam que post hanc miseriā virtute huius sacramenti ꝑducetur ad vitā eternā. De scd̄o seq̄tur. ⁊ ego resuscitabo euz in nouissimo die. qꝛ dñs eiusdē sacramēti virtute reformabit corpus de puluere cōfiguratum corpi claritatis sue. Amen

De forma donationis qua corpus datur velatum Thema proprium Sermo septimus

Venite comedite panē meum. vt in primo sermone. Quomodo p̄t nobis dare carnem suā ad manducandū. Joh.vi. Sacramentū regis abscōdere bonū est. Thob.xij. Secundū principaliter circa sacramentum dominici corpis notandū cum forma donatōis Et circa hanc tria sunt cōsiderāda. Primuz est q̄ dñs dat corpus suum velatū. Scd̄m q̄ dat velatum sub specie panis. Tertiuz q̄ dat sub specie triticei. ¶ Primū circa formā donatiōis dñici corporis ꝯsiderandū est q̄ dat velatuz non nudum. ꝑm illud Apoc.ij. Dabo manna absconditū quasi cibum

celestem velatū. sed quia ex hoc hu/
manus sensus terret ⁊ mirat: cum
aliud videtur ⁊ aliud credi iubetur
Nuius velaminis q̄druplex rō sa/
piētie dei potest assignari. Prima ē
indignitas maloꝝ. scd̄a fides bono
rum. tertia instructio morū. quarta
imbecillitas hoīm. De p̄mis duob⁹
potest hic dici. ⁊ de alijs in sequēti.
¶ Prima rō. q̄re dn̄s corpus suū
dat velatū est indignitas prauorū
q̄ exigit vt velet sicut eger oculus vt
sibi sol et quodlibet lumē tegatur.
et in hoc benignissime agit cum eis
misericordia saluatoris Si em̄ pra
ui nudū corpus viderent ⁊ hoc a fi
delib⁹ mādūcari ex ip̄o aspectu scā
dalisarent. ⁊ tripl'r mali perirēt In
corde ꝑ errorē. in lingua ꝑ detractio
nē. in aīa ꝑ spūalem mortē. De pri/
mo. Joh̄is. vi. vbi dn̄s dicit. Caro
mea vere est cib⁹ ⁊ sanguis meus ve
re est potus. Seq̄tur ex hoc: multi
discipuloꝝ eius abierūt retro qua/
si abhorrentes ꝟba de humana car
ne comedēda. Ambro. Forte dices
q̄uo vera est caro q̄uo ver⁹ sanguis
q̄ sil'itudinē non vides carnis. At/
tēde vbi discipuli christi audiētes
ꝙ carnē suam daret manducādam
recedebant. solus petrus dixit ꝟba
vite eterne habes ad quem ibimus
ne ergo plures scandalisarent et ne
velut quidam esset horror humane
carnis: sed maneret gloria saluato
ris. ideo in sil'itudine accipis sacra/
mentū. sed vere nature gloriā virtu
tēq̄ ꝯsequeris. De scd̄o in eodem
vbi dn̄s dixit. panis quē ego dabo
caro mea est ꝓ mundi vita. Litiga/
bant iudei ad inuicem dicētes. q̄uo
potest hic nobis carnē suā dare ad
manducandū. litigatio hmōi mur/
mur ⁊ detractio est de nuda mādu
catōe corporis christi. ⁊ ideo debuit
velari. Ps̄. Si is q̄ oderat me sup
me mala locut⁹ fuisset abscōdissem
me forsitā ab eo De tertio Nume.
iiij. Aaron ⁊ filij eius intrabant ip̄i
q̄ disponēt opa. i. operient sacramē
ta. Alij nulla curiositate videāt que
sunt in sanctuario priusq̄ꝫ inuoluā/
tur. alioquin morient. p̄. Regū. vi.
Percussit dn̄s multos. eo ꝙ vidis/
sent archā dn̄i. quasi scz non licebat
eis eā videre detectā. Archa signat
corpus dn̄i. qd̄ malignis est velan/
dum ne spūaliter moriant si videāt
nudū. q̄ causa sue cecitatis putarēt
esse fantasticū. Eccl'i. iij. In plurib⁹
opibus dei ne fueris curiosus. non
est em̄ tibi nccārium ea que abscon
dita sunt videre oculis tuis. ¶ Se
cūda rō qua dn̄s corpus suū dat ve
latū est fides bonoꝝ. Et hec rō pōt
in tria distingui que exigunt hoc ve
lari. s. fidei esse verū. infidelitatis p̄/
me remediū. ⁊ fidei meritum. Pri
mo fidei esse verū exigit vt corpus
christi veletur Heb. xi. Fides est ar
gumentū reꝝ nō apparentiū. vt em̄
dicit Aug⁹. Fides est credere quod
nō vides. i. credere verbis dei de re
occulta que vere est ⁊ tn̄ eam oculis
nō vides. Nam de re quā videmus
sciam potius q̄ꝫ fidez habemus. p̄.
Pe. p̄. Christus est in quē nunc non
videntes creditis. Scd̄o infidelita
tis prime remediū exigit vt corpus
christi velet. quatenus culpe infide
litatis respōdeat modus ꝯgruus sa
tisfactōis. Unde sicut p̄moꝝ paren
tū incredulitas incepit ex auditu ꝟ
bi diaboli suadentis cibū habentē
quodāmodo mortē velataz ⁊ in eo
sunt sensus eoꝝ varie delicati. sic cō
gruit vt fides saluandorū incipiat
ex auditu verbi saluatoris suaden/
tis cibū habentē veram vitā abscō/
ditam ⁊ in quo nostri sensus st⁹ pie
decepti p̄ter auditū. vt scz fides sit
ex auditu tm̄ ⁊ nō ex visu vel ex alijs

sensibus.auditus aũt per verbum xpi. Hoc pulcre figuratũ est Gen. lvi. in benedictiõe iacob vbi sensus ysaac decepti sunt putantis sentire esau dũ sensit similitudinem eius qua velatus erat iacob. Unũ sciendũ q̃ in illa figura dñici corpis quattuor erant psone.s.ysaac ⁊ rebecca quasi masculus ⁊ femina significãt duas naturas in nobis .i.corpus ⁊ aiam Masculus q̃ magis solz esse manifestus ⁊ exteriorib⁹ plus intẽdit:significat exteriorẽ hoiem.i.corpus nostrum cũ sensib⁹ suis. Femina q̃ domi residẽs familiã regit signat interiorẽ hoiem.i.fidelez aiam que sue salutis ⁊ alior curam gerit. Iacob bon⁹ ⁊ formosus habitãs in tabernaculis quẽ diligit rebecca.i. fidelis aia signat verum corpus christi. Esau quez amat ysaac.i. corpus eo q̃ cibus eius vescit signat substantiam panis cũ accidẽtib⁹.scz colore sapore ⁊ ceteris. Dũ itaq̃ ysaac q̃si hõ exterior.i.sacerdos bñdicere debet esau.i.panem:esau recedit.i.substantia panis.sed similitudo esau.s. vestes cũ odore.pelles pilose.cibus cum sapore.i.accidẽtia panis siue similitudo. scz color sapor odor duricies manẽt circa iacob.i.corpus xpi Unde in his oibus sensus ysaac.i. corpis nostri fallũtur. Ibi fallit visus caliginosus.i.debilis corpis nostri.q̃ putat pre oculis habere esau id est panẽ.⁊ habet tm̃ vestes eius. id est spẽm panis.⁊ sub illa latet iacob velatus.i.corpus xpi. Ibi fallitur gustus ysaac.i.corpis nostri.q̃a putat gustare ⁊ comedere cibũ esau id est panẽ.⁊ gustat tm̃ similitudinem eius. Ibi fallit olfactus ysaac.i.corporis nostri.q̃ putat sentire esau.i. panẽ q̃ vere nõ est ibi.sed sentit odorem vestimentor eius.i.formator panis q̃bus vestitus est iacob.i.velatũ corpus christi Ibi fallit tactus ysaac.i.corpis nostri.quia putat tãgere esau.i.panem:⁊ tangit pelliculas similes esau.i.similitudinẽ siue speciem panis q̃bus velatus est iacob.i.corpus christi. Sapiens erat ysaac sed in iudicio ꝓgnoscẽdi esau fallebat. sic hõ noster exterior in iudicio panis altaris sensibus fallit. pterq̃ in auditu. Unũ ait Vox quidem vox iacob.sed manus st⁹ esau. manus quas tango sunt esau nihil falsius.vox quã audio dicentẽ.ego suz vox iacob nihil verius. Similr sacramentũ quod tãgo substãtia panis est nihil falsius.vox christi dicẽtis:hoc est corpus meũ nihil verius. Prime ergo infidelitatis remediũ exigit q̃ corpus christi det velatum vt q̃ sensus primi parẽtis in cibo p̃ emptiõis vane delectabant:sensus nostri corpis in cibo bñdictiõis ad instar ysaac decipiantur. ita tũ q̃ rebecca.i.fidelis aia in fide sua nõ fallat.credit eim̃ vere in bñdictione sacra esse iacob.i.corpus christi velatum similitudine esau.id est specie panis.sed oino ibi nõ esse esau.i. substantiã panis. ¶ Tertio fidei meritũ exigit vt corpus christi veletur quia vt dicit Grego. Fides non habet meritũ cui humana rõ p̃bet experimentũ: supple sufficiens Velatuz ergo voluit dñs dare corpus suum.quia in hoc credere verbis suis pluscz sensibus nostris magnũ habet meritum. Joh. vlt. Beati q̃ nõ viderũt ⁊ crediderũt. Huius merituz fidei siue fructus meriti triplex est.scz spũalium bonor plena copia temporaliũ sufficiẽtia. eternaliũ superfluentia. Hinc orat rebecca. id ẽ fidelis anima. In me sit illa maledictio Fili mi.i.hec triplex bñdictio Det tibi deus de rore celi q̃ntũ ad p̃mam.et de pinguedine terre q̃ntũ

ad scdam. abundãtiam vini ⁊ olei quantũ ad tertiã. De pmo Joh. vij Qui credit in me flumina de vẽtre eius fluent aque viue. Hoc aũt dixit de spũ quẽ accepturi erãt credentes in eũ. Ozee. xiiij. Ero quasi ros et israel germinabit q̃si liliũ. De secũdo. Heb. xi. Sancti ꝑ fidẽ vicerũt regna adepti sunt repromissiões. s. tpalium. Esa. j. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. Math. vi. Primuz q̃rite regnũ dei recte credendo ⁊ iusticiã eius iuste viuendo. ⁊ hec om̃ia adijcient̃ vob. De tertio. p. Petri. p. Credẽtes in xpm quẽ nõ videtis exultabitis leticia inenarrabili ⁊ glorificata reportãtes finẽ fidei vestre salutẽ animarũ vestrarũ. Prouer. p. Qui audierit me absq̃ terrore requiescet ⁊ abundantia ꝑfruetur terrore maloruz sublato. Amen

De tertia rõne q̃ dñs dat corpus suũ velatuz Thema ꝓpium vel aliud Sermo octauus

Venite comedite panẽ meum ⁊c. vt in pmo sermõe. Quõ põt nobis dare carnẽ suã ad manducãdum. Joh. vi. ¶ Tertia rõ q̃ dñs corpꝰ suũ dat velatũ est instructio moruz Job. xxviij. Trahit̃ sapientia de occultis. Tria vero in sacramẽto occultant̃ in q̃bus mores instruunt̃. s. ꝑsona saluatoris. pulcritudo magne claritatis. ⁊ mirũ opus oĩpotentis. De pmo Esa. xlv. Vere tu es deus abscõditus deus israel saluator. De scdo Esa. viij. Expectabo dñm q̃ abscondit faciẽ suã. De tertio Ecci. xliij. Multa abscõdita st̃ maiora opeꝝ eiꝰ. In his discimus q̃nq̃ tã virtuose abscõdi posse in nobis. s. nrãm ꝑsonã. pulcritudinẽ corporalẽ. ⁊ bonoꝝ operũ intentiõem Primum a ꝑsecutoꝝ furore. scdm a stultoꝝ inspectõe. tertiũ ab humano fauore Primo discit in hoc sacramẽto iustus abscõdere ꝑsonam suã ꝓpter tria. vt scz ꝑsecutoris ira quiescat. vt p̃ceptuz a dño opus ꝑficiat vt gloriosiorẽ coronã acq̃rat. De pmo Esa. xxvi. Vade ꝓpl's meus abscõdere modicũ donec ꝑtranseat indignatio mea. s. in ꝑsecutore. qd̃ mlti iustoꝝ legunt̃ fecisse. De scdo. ij. Choꝝ. xi. Damasci p̃positus custodiuit ciuitatẽ vt me cõprehenderet. et ꝑ fenestrã in sporta dimissus siue ꝑ murum. ⁊ sic effugi manus eius. Sil'r Thobias cũ iuberet rex occidi eũ fugiẽs nudus latuit vt scz opa miscdie q̃ ceperat adimpleret. De tertio. j. Re. xxvi. Cũ fugeret dauid a facie saul absconditus est in colle achille. i. in dño. Achilla em̃ interp̃tat̃ suscipiens eũ. vñ dñs susceptor meus abscõditus aũt est in dño vt ꝑ inclita opa gl'iosa sibi restaret regni corona. Jo. viij. Tulerũt lapides iudei vt iacerẽt in iesum. iesus autẽ abscõdit se ⁊ exiuit de tẽplo. Scdo discit iustꝰ pulcritudinẽ corꝑalẽ abscõdere ab hoĩm inspectõe. q̃ exterior pulcritudo et ornatꝰ multis fuit occasio casus. Decor g̃ corꝑalis abscõdi dz tribꝰ mõis. ꝑ habitꝰ vilitatẽ. ꝑ ieiunioꝝ austeritatẽ. ꝑ boni operis assiduitatẽ. De pmo Job. xvi. Saccũ cõsui suꝑ cutẽ meã ⁊ operui cinere carnẽ meã. Gen. xxiiij. Rebecca ꝯspecto ysaac tollẽs palliũ opuit se. i. Choꝛ. xi. Mulier debz velamẽ hr̃e suꝑ caput suũ ꝓpter ãgelos. i. ꝓpter bonos. De scdo Gal. vi. Mihi mũdus crucifixꝰ est ⁊ ego mũdo. q̃si dicerz. vilis ẽ mũdus ꝓpter penã sue solicitudis ⁊ ego vilis mũdanis ꝓpt̃

macerationē mei corpis. Augustꝫ.
Carnē vestrā domate ieiunio ⁊ ab
stinētia esce ⁊ potus quantū valitu
do ꝑmittit De tertio ps̄. Tabesce
re fecisti sicut araneā animā eius. si
cut aranea ex suis visceribꝫ trahens
opus nature tabescit exinde. sic iu/
stus frequētans opa laboriosa cha
ritate macerat̄ et pallescit in corpo
re. Eccl̄i.xxxiij. Jugū ⁊ lora curuāt
collū durū. ⁊ seruuꝫ inclināt opatio
nes assidue. Canti.p̄. Nolite me cō
siderare ꝙ fusca sim. qꝛ decolorauit
me sol. sol effectus ardoris. i. opus
amoris christꝰ formā serui accepit.
in qua claritatē deitatis abscondit.
Vñ. Esa.liij. Nō est species ei neqꝫ
decor ⁊ q̄si abscōditus vultus eius
et despectus. ¶ Tertio discit iustꝰ
in hoc sacramēto virtutū ⁊ bonorū
operū intentionē abscōdere ab hu/
mano fauore. Math.xiij. Sil̄e est
regnū celoꝝ. i. cōuersatio iustorū di
cit glosa. thezauro abscōdito ī agro
cordis. Gregorius. Sic sit opus in
publico q̄tinus intentio maneat in
occulto. vt ⁊ de bono ope ꝓximis p̄
beamus exemplū. ⁊ tamē ꝑ intētio
neꝫ qua deo soli placere q̄rimus sꝑ
optemus secretū Triplex vero bo
nū precipue debemus abscondere a
fauore hominū. scꝫ elemosynā. ora/
tionē. ieiuniū. De p̄mo Math.vi.
Cū facis elemosynā noli tuba ante
canere. tuba tumoris iactantie ⁊ ap
parentie. sicut hypocrite faciunt vt
honorificent̄ ab hoībus. Amen di
co vobis receperūt mercedē suam.
te aūt faciente elemosynā nesciat si
nistra tua. i. intentio praua q̄d faci/
et dextera tua. i. dilectio pura. vt sic
elemosyna tua in abscondito pie in
tentōis. ⁊ pater tuus q̄ videt in ab/
scondito reddet tibi. De secundo
Math.vi. Et cum oraueris intra
in cubiculū tuū. i. in secretū mentis
et clauso ostio oī aditu cordis ora
patrē in abscōdito intentiōis ⁊ red/
det tibi. De tertio ibidē. ⁊ cū ieiu/
nas vnge cuput tuum. i. refice chr̄m
opibus misericordie. quod tibi sub
trahis mēbris eius paupibus cōfe
rendo ⁊ faciē tuaꝫ laua peccata cor/
dis ⁊ sensuū lacrimis penitētie pur
gando. ne videaris hoībus ieiunās
sed pater tuus q̄ est in abscondito
reddet tibi ¶ Quarta rō q̄re dn̄s
corpus suū dat velatū est imbecilli
tas hoīm que hoc exigebat. Nam
claritatē huius gloriosi corpis nul/
lus posset ferre mortalis hoīs ocu
lus nisi velatā. Mō ꝓbatur tribus
modis. a figura legali. ab accidente
materiali. a rōne naturali. Primo
probat̄ hoc a figura legali. Exodi.
xxxiiij. Videntes filij israel ex ꝯsor
tio sermōis dei cornutā faciē moy/
si timuerūt ꝓpe accedere. vnde posu
it velamen sup faciē suam qñ loque
bat̄ ad eos Facies em̄ moysi tā ma
gnam ꝯcepit radiositatem ex freq̄n
ti ⁊ familiari appropinquatōe ad di
uinū lumē qd̄ videbatur humanis
oculis quasi cornuta. vñ non potue
rūt claritatē vultꝰ eius sustinere ni
si velatam. Sic nimirū imo multo
magis corpus christi in resurrectōe
eius glorificatū ⁊ spiritale ac deifor
me factum nullus p̄t inspicere mor
talis hoīs oculus nisi alia specieve
latum. Secundo ꝓbatur hoc ex eo
qd̄ accidit matri dei marie que non
potuit sustinere claritateꝫ ⁊ gloriā
p̄sentie filij dei nisi esset obumbra/
ta. Carne aūt virginis velata maie
stas opere spūssancti facta est possi
bilis ferri a virgine: et etiā a nobis
videri. vñ. Verbuꝫ caro factū est ⁊
habitauit in nobis ⁊ vidimus glo/
riam eius. sed carne illa post passio
nem ꝑ resurrectionem glorificata ⁊
ad sil̄itudinem dei clarificata s̄m il

lud Joh.xvij. Clarifica me pat̄ claritate quā habui priusq̄ mūdus fieret facta est impossibilis a nobis videri vel ab oculis mortalib⁹ in propria forma nuda videri. nisi esset velata aliqua specie visibili. Eccl̄i.xi. Mirabilia opa altissimi ⁊ gloriosa ⁊ absconsa ⁊ inuisa. Juxta illud. Nō videbit me hō ⁊ viuet: veruz in ꝓpria specie.p̄. Chor.xiij. Videm⁹ nunc ꝑ speculū rōnis ⁊ in enigmate id est in figura panis. ¶ Tertio ꝓbat̄ idem rōne naturali. q̄ est nimia dissimilitudo oculi nostri luminis ad claritatē luminis corpis christi. Oculus em̄ noster dicit Aug⁹. eger et corruptibilis ē. illi⁹ vero claritas incorruptibilis ⁊ quodāmodo immensa. q̄r vt dictū deiformis. Hec ē em̄ rō visibilitatis oīs luminis. sil̄itudo aliqua vidētis ad lumē. ⁊ quāto maior sil̄itudo ad lumē maximū tanto limpidior est ⁊ dulcior visio. Hinc est ꝙ sanus oculus aliq̄tenus videre p̄t nudū corpus solū ⁊ nō corpus xp̄i. q̄r cū illo hz aliquam sil̄itudinem luminis ⁊ corruptibilitatis quā nō habz cū corpe christi. nisi em̄ oculus aliq̄ ex ꝑte celesti lumini similis esset nequaq̄ illud videre posset. sicut nec auris nec digit⁹ aut etiam cecus scz ꝓpter nimiā dissil̄itudinē. Quia ergo ob nostrā imbecillitatē ⁊ corpis christi nimiā claritatē nequimus illud in hac vita videre nudū: teneamus gratāter ex sua bonitate inuolutū donec reformet corpus hūilitatis nostre ꝯfiguratū corpori claritatis sue. ⁊ sic ꝑ illā claritatem magnificatā ⁊ vsq̄ ad incorruptōem roboratā possimus videre dulciter oculo ad oculū dn̄ici corporis claritatē. Lu.xi. Si oculus tu⁹ simplex fuerit. i. intētio cordis pura totū corpus t.l.e. ad videndā scz claritatē xp̄i. i. Joh.iij. Scimus cū apparuerit q̄a sil̄es ei erimus. q̄niam videbimus eū sicuti est Bern̄. Signū quidē videt̄ ꝑ supiores oculoruz fenestras veritatē intrare debere ad animaz. sed hoc nobis o aīa seruat̄ in posterū cū videbimus facie ad faciē. Et hec visio erit nobis vita eterna. Amen.

De forma donatōis q̄ datur sub specie panis Thema ꝓpriū vel aliud sil̄e Sermo nonus

Venite comedite panē meum vt iā supra. Cibauit illū pane vite. i. corpe xp̄i. dicit glo. interli. Eccl̄i.xv vel aliud de pane. ¶ Secundū circa formā donatōis dn̄ici corpis cōsiderandū est ꝙ dn̄s dat illud velatū sub specie panis. ꝑm illud. Accepit iesus panē ⁊ bn̄dixit et ait. hoc ē corpus meū. Ad tactū ⁊ ad ꝟba creatoris intus erat corpus saluatoris et foris mansit species panis. Dn̄s dat corpus suū sub specie panis triplici rōne. Primo ꝓpter collatā sibi pre ceteris cibis habilitatē. secūdo ꝓpter faciendā significatōis sue cognitōem. tertio ꝓpter rerū sibi significatarū sil̄itudinē. vel ꝓpter nostre p̄paratōis instructōem. ⁊ ꝓpter sui effectus sil̄itudinē. Primū ponit̄ hic secūdo loco. scd̄m infra sermōe. xv. circa finem. tertium hic circa finem Primo dat dn̄s corpus suum sub specie panis. vt supra. sub nulla em̄ alia specie cibi tā respectu ministrātium q̄ accipientiū posset apti⁹ exhiberi. ⁊ hoc triplici ꝯsideratōe. scz quantū ad intentōem. quantum ad amministratōem. ⁊ q̄ntum ad ꝯseruatōem. De p̄mo habilior est spēs panis. q̄r om̄i loco: om̄i tpe facilius

inuenit q̄ alius cibus. Item scdo. qꝛ mundius ⁊ honestius tractari p̄t in altari: melius diuidi. ꝯueniētius a sanis ⁊ infirmis sumi q̄ alius cibus. Itē quantū ad tertiū habilioꝛ est. qꝛ si debet leuari. portari. vel custodiri: cōmodius fit sic sub specie panis q̄ cibi alterius Ps̄. Iurauit dn̄s ⁊ nō penitebit eum tu es sacerdos in eternū ꝑm oꝛdinez melchisedech. qꝛ scz nec oues nec capꝛas obtulit. sed panē ⁊ vinum Scdo dat dn̄s coꝛpus suū sub specie panis ꝓpter faciendā significatōis sue cognitionē ⁊ fidem. sacramentum em̄ est noue legis. ⁊ ideo sacre ⁊ secrete rei est signū qd̄ suggerit nobis rei quā significat cognitionē ⁊ fidē. Aug⁹. Signū est res p̄ter speciē quā iugiter sensibus aliq̄d aliud ex se faciēs in agnitionez venire. Signoꝝ autē tria sunt genera. naturale. artificiale. ⁊ sacramētale. Signuz naturale ꝑm naturā significat. sicut fumus significat ignez. ruboꝛ celi vespꝛtinus significat futurā serenitatē Math. xvi. Facto vespere dicitis. serenum erit: rubicundū est em̄ celū. Signū artificiale ꝑm impositōem hoīs significat. et hoc est duplex. Aliud em̄ nō cōtinet quod significat. vt arcus triūphalis ⁊ circulus vini. Aliud cōtinet qd̄ significat. vt puluinar significat plumas ⁊ ꝯtinet eas. pastillū significat carnes ⁊ cōtinet. Signa sacramētalia ꝑm impositionem dei significant. ⁊ sunt sil̄r duplicia. Alia em̄ nō cōtinent qd̄ significant vt sacramenta legalia. sicut serpens eneus erectus in deserto significabat q̄dem saluatoꝛē sed nō continebat euz. sicut circulus suspensus añ domū significat vinum quod tamē non est in illo ꝯtentū. Numeri. xxi. Fecit ergo moyses serpentē eneum et posuit eum pꝛo signo quem percussi aspiciētes sanabant̄. Sap̄. xvi Signum habētes salutis nō ꝑ hoc quod videbant sanabant̄. sed per te omniū saluatoꝛē. Sil̄r agnus pascalis ⁊ circūcisio significabant rem sacram. sed nō continebāt. qꝛ ꝑm se nō iustificabant. Roma. iij. Ex opibus legis non iustificabit̄ oīs caro coꝛam deo. Item alia sunt signa sacramētalia que etiā ꝑm impositionē dei significant. sed ꝯtinent quod signāt. vt sacramēta euāgelica. sicut baptism⁹ ⁊ eucharistia. Hugo. Sacramentū euangelicū est materiale elementū foꝛis sensibiliter ꝓpositu ex similitudine rep̄sentās: ⁊ ex institutōe significans: ⁊ ex sanctificatōe continēs aliquam gratiā specialem Baptismus significat anime purificatōem ⁊ continet. qꝛ efficit ⁊ figurat. scz peccatoꝝ remissionē. Act. ij. Petrus ait. baptizet̄ vnusquisq̄ vestrum in noīe iesu christi in remissionē peccatoꝝ. Sil̄r sacramentū altaris signat coꝛpus dn̄i ⁊ vere cōtinet illud. qꝛ post ꝯsecratōem panis sub specie ei⁹. i. sub signo illo panis quod deus posuit ad significādum coꝛpus dn̄i totus est christ⁹. sic sub signo posito hoīs scz in pastillo stꝫ occultate carnes. Matth. xxvi. Accepit iesus panem ⁊ benedixit ⁊ ait Hoc est coꝛpus meū signatū. s. specie panis. Joh. vi. Filius hoīs dabit vobis cibū qui ꝑmanet in vitaz eternā hūc pater signauit deus Igitur si cū video signū positū hoīs vt pastillū. ⁊ credo ibi sub tenui pane esse carnes. multo magis cuz video signū positum dei vt sacramentū altarꝫ credere debeo ibi sub specie panis esse absconditū coꝛpus saluatoris. Ps̄. Quāta magna multitudo dulcedinis tue dn̄e quā abscondisti timentibꝫ te. Tertio dat dn̄s coꝛpus suum sub specie panis pꝛopter

Nonus

rerū ibi significatarū similitudinē. Tres eīm ibi res significant. quarū species illa panis est sacramentum id est sacr̃ signū expressam habens in se illarū similitudinem. Prima res ibi significata est naturale corp⁹ xpi qd ibi pnē. Secda res corp⁹ eius mysticū. scz ecclia. qd ibi significat et nō continetur. Tertia res est effectus sacramenti in aia fideli. Primo spēs panis prime rei ibi signate .i. veri corpis xpi habet similitudinē nō rōne sui sed rōne subiecti qd habuit ante psecratōem. i. panis q̃ prius fuit. Sicut eīm ex pluribꝰ t purg̃ granis panis efficit. sic corpus christi ex pluribꝰ mēbris puris t immaculatis psistit. Canti. vij. Vēter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis. Exo. xxv. Archaz de lignis sethim imputribilibꝰ. qz corpus christi pstat ex mēbris purissimis et ab omni vicio mundis. Secda spēs panis secunde rei ibi signate tenet similitudinē. i. mystici corpis xpi scz eccie que est vnitas fideliū. Sicut eīm ex multis granis puris pficitur vnus panis. sic ex multis fideliū personis a culpa mortali mundis et vinculo charitatis vnitis ecclesistica vnitas cōsistit. p. Chor. x. Vnus panis et vnū corpus multi sumus. ¶ Nunc sciendū q̃ in pane triplex vnio attēditur p quā triplex fraternitas siue cā t vinculum amoris qd inter fideles esse debz figurat. Primo grana nobilia t sibi similia colliguntur. Secundo farina pspergit p aquā t pasta conficit. Tertio vt solidus fiat panis pasta igne decoctur. Primū scz grana similia significāt fraternitatem t amorē naturalē. quia oēs de vno t pmo parēte sumus nati. Secundū scz panis solidat spūali Ter tiū spūaliter. qz vno spūscō ad vnaz christianā religionē sumus pgregati. De primo Gen. xlij. Descendērūt fratres ioseph vt emerēt frumēta in egypto quasi humiliauerūt se fideles vt amorē naturalē oīm hominū acquirerēt. Eccli. xiij. Omne aīal diligit simile sibi t oīs hō pximū sibi De secūdo. p. Chor. v. Estis noua psperſio sicut estis azimi. id est vnū qd p dilectōem sacramentalez. p. Joh. iij. Hoc mandatū habemus a deo vt q̃ diligit deum diligit t fratrē suū. De tertio Exo. xij. Coxerunt farinā cōspersam t fecerunt panes. i. pfecerūt vsqz ad dilectionē spūalem Joh. xiij. Hoc est p̄ceptū meū vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Augustinꝰ. Nō autē carnalis sed spiritualis debz esse inter nos dilectio. Tertio spēs panis fm q̃ erat panis habz in se similitudinē tertie rei ibi signate. t. effectus sacramēti in aia fideli. Sicut eī panis tria facit. scz confortat. satiat. et vitam pseruat. sic panis sacramētalis aīam fidelem cōfortat ad pctīm deuincendū. satiat ad fastidiū mundi faciendū. in vita pseruat ad deuz sp laudandū. De pmo Ps̄. Panis corhoīs confirmat ad oīne vicium scz deuincendum. vnde. Diligam te domine fortitudo mea qui scz p̄cinxisti me virtute ad bellum t supplātasti insurgentes in me subtus me. De secundo Ps̄. Pane celi saturauit eos. ad mundi scz fastidium faciendum. Prouerb. xxvij. Anima saturata calcabit fauum De tertio Eccli. xxxiiij. Panis egentium vita pauperis est ad deum scz semp laudandum. Ps̄. Lauda anima mea dominū laudabo dominum in vita mea. ij. Paral. in fine. Laudabo te domine semp oīnibus diebus vite mee: quoniam te laudat omnis virtus celorum. Laudemus ergo hic deū cum bonis in bona ꝓuersatiōe

vt eum laudare mereamur semp cũ sanctꝫ in eterna beatitudine Amen.

De forma donationis sub specie panis triticei

Thema proprium

Sermo decimus

Venite comedite panẽ meum. vt supra. Cõuertẽtur et viuẽt tritico. Ozee. xiiij vel aliud. ¶ Tertiuꝫ circa formã donatõis corpis dñi cõsiderandũ est ꝙ dñs dat illd̃ sub specie panis triticei ꝛ nõ alterius. Et hoc ꝓpter tria. Primo ꝓpter huius grani pre ceteris naturalẽ nobilitatẽ. Scd̃o ꝓpter fideliũ discretam in eo significatõem. Tertio ꝓpter corporis sui exp̃ssam sil̃itudinẽ Primũ ꝓbatur a tribꝫ. qꝛ scꝫ hoc granuꝫ est purissimũ. qꝛ ad panẽ cõmunissimũ et qꝛ ad panẽ maxĩe nutritiuũ. Primo hoc granũ est purissimũ. q̃a hec species solũ inter alias attingit cõplementũ. i. summã puritatẽ Nam vt alchimici. i. aurifices in speciebꝫ q̃busdam licet multe spẽs esse videant. tamẽ vna est q̃ attingit ꝯplementum. ꝛ alie sunt differentes ab ea q̃busdã egritudinibꝫ. sicut ptꝫ de auro. ꝛ ideo om̃e metallũ purgatione materie in aurũ debet trãsmutari. Sic etiã videmus de granis. ꝙ bonitate terre purgat̃ siligo ꝛ in triticum nobilitatur. ꝛ ideo tripliciter et absolute panis triticeus est panis ꝓpter excellentẽ puritatꝫ sue nobilitatẽ. Scd̃o granũ tritici est ad panẽ cõmunissimũ. qꝛ cõpetit sanis et infirmis. imo omni aĩali panem comedẽti. ꝛ ideo vere est panis ꝓpter cõmunis ꝯuenientie nobilitatẽ Tertio granũ tritici est ad panem maxime nutritiuũ. qꝛ puritate naturali ꝛ ꝯpetibilitate ꝯmuni maxime membris adheret ꝛ cõfortat. ꝛ hac rõne ꝯgruum est vt nobilissimũ corpus quasi nobilissimus panis filiorũ dei det̃ filijs sub specie nobilissimi panis. s. triticei. ¶ Scd̃o dat dominus corpus suũ sub specie panis triticei ꝓpter fideliũ discretã in eo significatiõem. Sicut em̃ triticũ ꝑm triplicẽ statũ habet ꝯsiderari. sic fideliũ vniuersitas in tres status solet distingui. Triticũ aũt cõsiderat̃ vel ꝑm ꝙ constat in agris. vel ꝑm ꝙ grana separãtur a paleis. vel ꝑm ꝙ grana iã purgata locãtur in granarijs. Sil̃r inter fideles tres differẽtie sunt. scꝫ incipientiũ. ꝓficientiũ. ꝛ ꝑfectorũ. Primi significant̃ ꝑ triticũ stans in agro Secũdi ꝑ grana q̃ purgant̃ a paleis. Tertij per grana purgata q̃ locant̃ in granarijs. Primi desiderãt optimã doctrinã p̃dicatorũ. secũdi frequentẽ purgatõem pctõrum. tertij eternã requiẽ beatorũ. De p̃mo Job. xxxvij. Frumentũ desiderat nubes ꝛ nubes spargũt lumẽ suũ que lustrãt cũcta ꝑ circuitũ Grego. Electi sunt frumentũ dei celestibꝫ horreis recõdendi. frumentũ nubes desiderat: qꝛ electus quisqꝫ penitentiã suã sanctoꝝ p̃dicatorũ exoptat. nubes lumẽ spargũt. q̃a p̃dicatores sancti exẽplo vite et bñ agendo ꝛ loquẽdo dilatant. nubes aũt cuncta ꝑ circuitũ lustrant. qꝛ p̃dicatiõis luce mundi fines illuminant. De secũdo Judic̃. vi. Cũ gedeon excuteret ꝛ purgaret frumẽta in torculari vt fugeret madyan apparuit ei angelus dñi. Gedeon electũ quẽqꝫ significat qui sub vmbra sancte crucis rectitudinẽ iudicij confessionis quasi virga cor suũ a viciorũ paleis sequestrat. cõsolatio cum diuina cõtra demonum tentamẽta ꝯfortat. Eccl̃i. ij. Qui timent dñm

preparabũt corda sua in ꝯspectu illius sanctificabunt aĩas suas. De tertio Job.v. Increpatõem dñi ne reprobes ⁊ ingredieris in abũdantia in sepulcrũ.i. locũ tibi in regno dei p̃paratũ.sicut infert aceruus tritici in tpe suo.id est cetera multitudo beatoꝝ. Luce.iij. Venit fortior me post me:cuius ventilabꝝ in manu eius ⁊ purgabit arcã suã ⁊ ꝯgregabit triticũ in horreũ suuz.paleas autem cõburet igne inextinguibili. ¶ Tertio dat dñs corpus suũ sub specie panis triticei ꝓpter corpis sui exp̃ssam sil'itudinẽ. Triticũ em̃ põt tribꝰ modis ꝯsiderari .s. vt iacẽs in aceruo.vt cadens in agro. vt in panis cõplemento. Penes p̃mum modũ significat corpꝰ vt in virgine cõceptũ.penes scd̃m vt ꝓ nobis in mũdo passum.penes tertiuz vt in celo glorificatũ. In p̃mo mater xp̃i multũ honorat.in scd̃o pctõr liberat. in tertio beatus delectatur. De p̃mo Cant.vij. Vẽter tuus sicut aceruꝰ tritici vallatus lilijs. Vẽter est corpus beate v̄ginis Lu.p̃. Beatus vẽter q̃ te portauit.aceruus tritici mũda mẽbra christi vt ꝯseruata in vtero virginali.lilia decor oĩmode castitatis quo ornant mẽbra ⁊ sensus btẽ virginis. De scd̃o Joh.xij. Nisi granũ frumenti cadẽs in terram mortuũ fuerit ⁊c.si aũt mortuũ fuerit multũ fructũ affert. Christꝰ em̃ ꝑ mortẽ suã genus humanũ de morte eterna liberauit. Ro.v. Cõmendat suã charitatem deus in nobis. qm̃ cũ adhuc pctõres essemus xp̃s ꝓ nobis mortuus est. ex hoc ꝙ dñs se dicit granũ frumẽti hz eccl'ia ꝙ sub nulla alia specie panis ꝯsecrat corpus dñi. De tertio Zach.ix. Quid bonũ ⁊ q̃d pulcrũ eius nisi frumentũ electoꝝ quasi panis pulcerrimꝰ. dulcissimꝰ et nobilissimꝰ corpis xp̃i in gl'a beatoꝝ Nunc sciendũ ꝙ beati habebũt in eo triplex bonum.scz oĩm deliciarũ prepationẽ.oĩm desideriorꝝ impletõem.oĩm bonoruz securã ⁊ eternã fruitionẽ. De primo Gen̄.xlix. Aser pinguis panis eius p̃bebit delicias regibus. Ps̄. Parasti in dulcedine tua pauperi deus Sap̄.xvi. Paratũ panẽ de celo p̃stitisti eis sine labore om̃e delectamẽtũ in se habentẽ ⁊ oĩs saporis suauitatez.p̃. Choꝝ.ij. Nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor homĩs ascẽdit q̃ prepauit deus diligentibꝰ se. De scd̃o Ps̄. Lauda hierl'm dominũ qui posuit fines tuos pacẽ et adipe frumẽti satiat te. Itẽ Bñdic aĩa mea dñm q̃ replet in bonis desideriũ tuũ Hiere.xxxi Inebriabo aĩmas sacerdotuz pinguedine ⁊ ꝓpl's meus bonis meis adiplebit. Sap̄.xvi. Substantiã tuã ⁊ dulcedinem quã in filios habes ostẽdebas ⁊ deseruiens vniuscuiusq̃ voluntati ad qd̃ quisq̃ volebat cõuertebat. De tertio. Lu.xiiij. Beatus q̃ manducabit panẽ in regno dei scz propter oĩm bonoꝝ securã sine fine fruitionẽ. Esa.lxij. Jurauit dñs in dextera sua.si dedero triticũ tuũ vltra cibũ inimicis tuis.⁊ si biberint filij alieni vinũ tuũ in quo laborasti. qui cõgregant illud comedent:⁊ qui ꝯportant illud bibẽt in atrijs sanctis meis Hic comedũt ⁊ bibũt mali cum bonis.ibi erũt mali sub eterno int'dicto.⁊ boni in securo ⁊ eterno xp̃i cõuiuio. Ps̄. Adimplebis me leticia cũ vultu tuo.delectatões in dextera tua vsq̃ in finem. Amen

De duobꝰ mirabilibꝰ in consecratõe corporis dñi. Thema proprium

Sermo

Sermo vndecimus

Venite comedite panē meum ꝛc. vt supra. Mirabilia opa tua ⁊ aīa mea cognoscet nimis. Ps. vel aliud simile. ¶ Tertio ꝓncipaliter circa sacramentū dominici corpis notanda sunt mirabilia diuine operatōis tanq̄ signa siue miracula diuine virtutis. Hec mirabilia signa cōsiderāda sunt in trib⁹. Primo in dominici corpis ꝓsecratōe. scōo in eiusdem possessione. tertio in ꝓceptiōe. Primo eīm corpus dñi ꝓsecramus scōo possidem⁹. tertio ꝓcipim⁹. Primo in ꝓsecratōe dñici corpis cōsiderāda st ⁊ credēda tria mirabilia signa diuine opatiōis. Primū ē q̄ ibi sub spē panis ē vex corp⁹ xpi. scōm q̄ tota suba panis mutat in corpus dñi. Tertiū q̄ mutat in corp⁹ dñi vl xpi. ita tñ q̄ manent panis accētia. Primū est mirabile. scōm mirabilius. tertiū mirabilissimū. De duobus ꝑmis ꝑt hic dici. ⁊ de tertio insequēti. ¶ Primū mirabile signuz in ꝓsecratōe sacramēti altaris est q̄ ibi sub specie panis est verū corpus xpi qō de virgine sumpsit. ⁊ hoc ꝓbat tribus modis. Primo testimonio fide dignox. secūdo rōne signorū positiuox. tertio demōstratione miraculox. Primo ꝓbat primum mirabile testimonio fide dignoruz fm q̄ lex dicit Deutroñ. xix. In ore duox vel triū stat omne verbū. audi ergo Aug⁹. dicentē. Accedit verbū ad elementū ⁊ fit sacramentū. hoc ē dei verbū a xpo institutū. pferr sup panem ⁊ mox fit sacrū secretum scz corpus saluatoris sub specie panis. Item Aug⁹. Hoc quod oibus modis ꝓbare ꝓtendimus sacrificiū ecclesie duobus ꝓstare. visibili elemēto rum specie. ⁊ inuisibili carne xpi. et sanguine. sicut xpi ꝓsona cōstat ex deo ⁊ hoie. Amb. Panem istū quē sumimus in mysterio vtiq̄ illū intelligo q̄ manu spūsancti format⁹ est in vtero ꝓginis ⁊ igne passionis decoct⁹ in ara crucis. Panis eīm angelox factus est cibus hoim. Greg. Magnū atq̄ pauendū est misteriū qz aliud videt ⁊ aliud intelligit. Figura panis ⁊ vini videt. et faciente dño corpus ⁊ sanguis xpi intelligitur. Eusebius. Vere vnita et perfecta ecclie hostia fide estimāda. non specie neq̄ exteriori cēsenda visu. § interiori intellectu. vñ celestis ꝓfirmat autoritas. Accipite ⁊ comedite hoc est corpus meū. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum. qz q̄dem qui autor est muneris ipe est etiā testis veritatis. Scōo probat idē rōne signorū positiuox. ratio āt eox est rem ita esse vt signat. Est autē tale signū duplex. s. hominis ⁊ dei Hoīs artificiale. dei sacramentale Signū positiuū hoīs fm impōem hoīs significat. ⁊ est duplex. Nā aliud nō continet qō significat. vt circulus vini. Aliud cōtinet quod signat. vt pastillū qō significat carnes et cōtinet eas intus absco̅ditas. Similiter signū positiuū dei qō est in sacramētis fm impositōem dei significat. ⁊ est duplex. Nam aliud nō cōtinet quod fcat. vt sacramenta legalia que nō efficiūt quod figurant sicut agnus pascalis ⁊ similia. Aliud vere continet quod significat. vt sacramēta euāgelica sicut eucharistia. significat eīm fm impositiōem dei rem sacrā. scz corpus xpi et vere ꝓtinet illud. vñ Accepit iesus panē et benedixit ⁊ ait. hoc est corp⁹ meum. signū mansit foris scz spēs panis ⁊ intus erat corpus saluatoris. Eccli. xxxvi. Innoua signa ⁊ immuta mirabilia. qsi dicerz. qz vetera sig

na nõ continebãt grãm quam signi
ficabant. fac noua que cõtineant qõ
signant. Aug⁹. Ideo dicunt sacra/
mẽta quasi sacre rei signa. qz in eis
aliud videt. aliud intelligitur. qõ vi
det speciẽ habet corporalẽ. qõ intel
ligit fructũ habet spũalem. In spe/
cie eũ panis z vini quaz videmus
res inuisibiles. i. carnẽ xpi z sangui
nem honoramus. Tertio ꝓbatur
idẽ demõstratiõe miraculoꝝ. Exo.
xxxiij. Signa faciã que nunq̃ sunt
visa: opus dñi terribile. Pascasius
Nemo q̃ sanctoꝝ vitas et exẽpla le
git ignorat q̃ sepe corpis xpi z san/
guine sacramẽta aut ꝓpter dubios.
aut certe ꝓpter ardentius amantes
visibili specie in agni vl' pueri formã
aut in carnis et sanguinis colorem
in eo statu sint. vt qõ latebat in mi/
sterio pateſceret in miraculo. Bea/
to eũ Basilio die pasce diuina mi
steria celebranti. Hebreus q̃dam se
sicut christianus populo immiscuit
officij volẽs explorare misterũ: qui
vidit infantẽ partiri in manib⁹ ba/
silij. z ꝛmunicantib⁹ oĩbus venit ip
se. z data est ei hostia vere caro fac/
ta. z seruãs reliquias abijt in domũ
suã z ostẽdit vxori sue: narrans q̃ ꝓ
prijs oculis viderit: credẽs ergo ait
vere horribile z admirabile est sa/
cramentũ christianoꝝ. in crastino ve
nit ad basiliũ z baptisatus est cum
omni domo sua. Item q̃dam presby
ter erat egidius noie religiosus val
de. qui cũ sanctã duceret vitã cepit
pijs pcibus pulsare deũ vt sibi mõ/
straret naturã corpis xpi z sangui/
nis. Venit ergo dies vt idez more
solito diuina celebraret. z post agn⁹
dei ꝓcumbẽs genib⁹: creator inquit
et redẽptor oĩpotens deus pãde mi
hi exiguo in hoc misterio naturam
corpis xpi vt mihi liceat eũ ꝓspice/
re in forma pueri quem olim sinus
matris virgineus tulit vagientem
et ecce ãgelus dñi eũ de celo veniẽs
affat. surge ꝓpera si xpm videre pla/
cet. adest psens corpo vestitus ami
ctu. quẽ sacra puerpera gessit. At ps
byter pauidus surgẽs vidit sup arã
puerũ sedentẽ. Cui angelus. qz chri
stũ videre placuit quẽ sub specie pa
nis verbis sacrasti misticis: nũc ocu
lis inspice z tracta manib⁹. tunc sa/
cerdos celesti munere fretus. qõ mi
rũ dictu est vlnis tremẽtib⁹ pueruz
accepit. z pectus ꝓpium xpi pectori
iunxit. Deinde profusum in ample
xim dat oscula pia deo et suis labi
is pressit pia labia christi. quibus
ita peractis restituit puerum in al/
tari. z rursus hõ prostratus depca/
tur dñm vt dignet ipse verti in pstĩ
nam formã. z surgẽs inuenit corp⁹
christi in formã remeasse priorem. z
sic sub specie debita cõicauit eidem
¶ Secũdum mirabile signũ in cõse
cratõe sacramenti altaris est q̃ sub
stantia panis mutat in corpus chri
sti quod sumpsit de ꝓgine. z hoc fit
verbi dei potestate. Qõ probat tri
bus modis fieri posse. Primo a po
testate sili. secũdo a minori. tertio a
maiori. Primo a potestate sili. qz ꝗ
bũ xpi substantiã vnã in aliã cõmu
tauit. Secõo a minori. qz res q̃ mi/
nus pñt substãtiam vnã in aliã mu
tant. Tertio a maiori. qz verbũ dei
multũ maiora fecit. Primo verbũ
dei mutat subam panis in corpus
xpi. qõ ꝓbat a sili. eo q̃ qñq̃ vnam
substantiã in aliã ꝛmutauit. Hinc
legit Joh. ij. q̃ dñs vocatus ad nup
tias deficiẽte vino iussit ydrias im/
pleri aqua. quã ꝓtinus in vinũ com
mutauit. Et seq̃t ibi. Hoc fecit ini
tiũ signoꝝ iesus z manifestauit glo
riã suã. Sicut ergo in nuptijs potu
it aquã in vinum ꝛuertere. sic pt in
suo sacramẽto panẽ in suũ corpus z

vinum in sanguinē commutare In
silibus em̄ simile est iudicium. vñ si
cut ibi ita ⁊ hic similis precipit vir/
tus silis obedit effectus. Scd̄o pro
bat̄ idē a minori. eo ꝙ res q̄ minus
pñt q̄ꝫ verbū dei substantiā vnā mu
tant in alterā. Unde sciendū ꝙ pro
uidentia dei mutatōes rerum trib⁹
mōis fieri voluit: p̄ter quas verbo
suo facit. s. arte. natura. ⁊ gr̄a. Ars
em̄ hoīs vnā substantiā mutat in al
teram. vt ptz in vitrifice q̄ vilem ci
nerem in p̄clarum et nobile mutat
vitrū. ergo multo magis virt⁹ ver/
bi christi mutare pōt panem in cor/
pus eius ⁊ vinū in eius sanguinem
Ecc̄i. viij. Sermo dei potestate ple
nus est nec dicere ei quicq̄ꝫ p̄t quare
ita facis. Eusebius. Inuisibilis sa
cerdos visibiles creaturas in sub/
stantiam corpis ⁊ sanguinis sui ver
bo suo secreta potestate commutat
Item natura mutat vnā substātiaz
in alteraz. sicut in vite aqua mutat̄
in vinū. ⁊ ope apum succus florum
pfecta natura mutat̄ in fauum mel
lis. Sil'r in nobisip̄is panis quam
māducamus q̄tidie p naturā muta
tur in carnem. ⁊ gramina comesta a
brutis ꝯuertunt̄ in carnē ⁊ sangui/
nem. Et sic de plurib⁹ similibus in
natura. ergo multo magis ꝟtus ver
bi christi mutare p̄t panē in substā
tiam sui corpis. Damascenus. Si
cut panis ⁊ vinū trāseūt p nutrimē
tum in corpus hoīs et non in aliud
corpus. ita panis altaris ⁊ vinū vir
tute ꝯsecratiōis transeūt in corpus
et sanguinē xp̄i que p̄us non erant.
Item gratia hoīs mutat substantiā
vnā in alterā. Hinc moyses p gra/
tiā specialē mutauit virgā in serpē/
tem ⁊ aquā in sanguinē. ergo multo
magis ꝟtus verbi xp̄i mutare p̄t pa
nem in corp⁹ eius ⁊ vinū in sangui
nem. Amb. Virgam tenebat moy
ses ⁊ ꝓiecit in terrā ⁊ facta ē serpēs
Et sic videmus ꝓphetica gr̄a muta
tam esse. ꝙ si tantū valuit bñdictio
humana vt naturā cōuerteret. quid
dicemus de ip̄a consecratōe diuina
vbi ip̄a verba saluatoris opantur.
Si ergo q̄ras. qūo potest panis fie
ri corpus christi. Rñdeo. cōsecratōe
que fit xp̄i sermone. Tertio ꝓbat̄
idē a maiori. quia verbū dei multo
maiora facit ⁊ facere pōt q̄ꝫ ꝙ panē
in corpus mutat christi. vñ In p̄nci
pio erat verbū. oīa p ip̄m facta sunt
et sine ip̄o factum est nihil. Eugeni
us. Sicut ad nutū precipiētis repē
te ex nihilo ꝯsistunt excelsa celoꝝ. ꝓ
funda fluctuū. vasta terraꝝ potesta
te in sp̄ualibus sacramētis: vbi p̄ci
pit virtus seruit effectus. imo mul
to potius in hoc sacramento oīpo/
tenti virtuti seruit effectus. qꝛ mul/
to magis est de nihilo facere nouā
creaturā q̄ꝫ substātiā que iā est mu/
tare in alterā. Amb. De totius mū
di opibus legitur. qꝛ ip̄e dixit ⁊ fa/
cta sunt Sermo ergo qui potuit ex
nihilo facere qd̄ nō erat: potest ea q̄
sunt in id mutare quod nō erat. nō
em̄ minus est dare nouas q̄ꝫ muta/
re rerū naturas. ⁊ sic erat in reb⁹ qd̄
erat panis añ ꝯsecratōem iam cor/
pus christi est post ꝯsecratōez. quia
sermo christi mutat creaturā Cum
itaqꝫ irrōnalis creatura ⁊ inanima
ta scz panis mutat̄ in melius scz in
corpus xp̄i virtute verbi dei. Di/
rum est ꝙ peccator homo non mul
tis verbis nec beneficijs nec cōmi/
natione nec promissione conuerti
potest de mala vita in bonam. sed
quia nihil apud deum impossibile
est: suppliciter rogandu3 est vt nos
communiter conuertat ad similitu
dinem himaginis bonitatis sue. in
presenti per gratiam ⁊ in futuro per
gloriam. Amen.

Duodecimus.

De duobus mirabilibus in cōsecratōe vt supra. vel aliud simile Sermo .xij.

Venite comedite panē meum ꝛc. vt supra. Mirabilia opa tua dñe: ꝛ anima mea cognoscet nimis.

refrigerij in fructū obtinendi sentit
Tertio sedet expectat orat vt se to/
tum ad ip̄am reficiendā ⁊ viuifican
dam fructꝰ infundat. Quarto ꝑ in
fusam eius dulcedinē suauiter gu/
stat. Sed dicit aliq̄s ecce sepius vt
possum me preparo. corpus dñi su/
mo. sed nihil sentio solacij spēalis.
nil spūalis dulcedinis Rñdeo. cibꝰ
iste siue fructus medicina est hoīs.
vñ sicut medicus peritus qñq̄ qui/
busdā dat medicinaz dulcē palato
corꝑis. ⁊ qñq̄ nō sed palato mētis
que q̄uis nō gutturi: tñ bñ sapit rō
ni ꝑ eo ꝙ dū sanat mentē delectat.
sic dñs dat suis fidelibꝰ dulce sp̄ cor
pus. sed dulcedinē suam alio mō il
lis ostēdit ꝓut cuilibet expedire no
uit. Hinc est ꝙ quidā dulcedinē il/
lam sapiunt ꝑ affectum. ⁊ ardētiori
delectant deuotōe. ⁊ alij eandē dul

Vicesimustertius.

cedinem sapiūt p intellectū. ⁊ sufficienti reficiuntur vtilitate. in eo q̃ credunt ⁊ intelligūt p hunc cibum sanctum verā vitā obtinere Igit̃ q̃ nō sapis dulcedinē dñi ꝑmo modo id est p affectū intime deuotiōis. sapis tñ scdo modo. s. p intellectū mlte vtilitatis. De ꝑmo Esa. lv. Audite audiētes me ⁊ comedite bonū et delectabit̃ in crassitudine aīa vestra. Amb. Panis candidissime habens omne delectamentū ⁊c. De secūdo est illud. Fructus eius dulcis gutturi meo. id est pie ⁊ fideli mente q̃ credit ⁊ intelligit hunc cibū sanctum esse sibi vtilissimū. vñ glo. dulcis fructus gutturi cordis. q̃ in eo intelligit aīa causam vite dū etiam corpaliter ꝓcipit. Hec dulcedo valet cōtra tria mala q̃ sunt in mūdo. Recte sup̄ in sermone. xix. post medium. De quarto fructu Ps̄. Panis cor hois ꝓfirmat. q̃ scz corpus xpi fideles suos in vita sua finaliter ꝓfortat. iij. Reg. xix. Comedit helyas panē quē sibi angelus mistrauit et ambulauit in fortitudīe cibi illi⁹ q̃draginta dieb⁹ ⁊ q̃draginta noctibus vsq̃ ad montē dei oreb. Oreb interp̄tat̃ mensa. mons ergo iste est mēsa dei. ⁊ significat satietatē celestis glorie. Panis vtiq̃ corpus xpi confortat nos in vita bona ⁊ bono ope q̃draginta dieb⁹ ⁊ noctib⁹. i. toto tpe pñtis pene vsq̃ ad montez ⁊ mensam dei. i. quousq̃ peueniamus ad altitudinē securitatis ⁊ satietatē dulcedinis eterne glē. De his ōr. iiij Reg. iiij. Helyse⁹ incubuit sup puerū posuitq̃ os suū sup os ei⁹ ⁊ oculos suos sup oculos eius ⁊ manus suas sup man⁹ eius. ⁊ calefacta ē caro pueri. Fidelis aīa p puerū: dñs p helyseū significat̃. qui sicut sigillū cere: sic se ꝓiungit aīe oculos suos sup oculos eius ponit. q̃ intellectū illuminat. carnē calefacit. q̃ affectū charitatis inflāmat. os sup os ponit q̃ gustū memorie dulcedine spirituali delectat. manus sup manus ponit q̃ in bono ope vsq̃ in finē cōseruat. Et sic totū hominē ꝑficit ⁊ ad vitam eternā perducit. Amen.

De quattuor fructibus tertijs Thema proprium Sermo xxiij

Venite comedite panē meum ⁊c. vt sup̄. ¶ Tertia q̃ttuor mala nr̄a siue languores sunt quasi mortis plage q̃bus multe grauant aīe. s. debitus mortis eterne. defluxus bone vite. exiliū mūdane miserie. incineratio corpalis materie. De ꝑmo lāguore. Rho. vij. Ego carnalis venū datus sum sub pcto. Primi em̄ parētes vendiderūt se ⁊ totā ꝓgeniem suā ad ꝓpetuam seruitutē diaboli. q̃ est ad eternā mortem p modica delectatōe pcti Gen̄. ij. De ligno scientie boni ⁊ mali ne comedes. in q̃ cūq̃ die comederis ex eo morte morieris. i. te ⁊ posteritatē tuā ad eternam mortē obligabis Rho. v. Per vnū hoīem in hūc mundū pctm̄ intrauit. ⁊ per pctm̄ mors. i. certitudo mortis tpalis. ⁊ debitū eterne mortis: nisi subueniret redēptio salutoris. Eph. ij. Eramus filij ire natura sicut et ceteri. i. debitores eterne mortis. De scdo ps̄. Dies mei sicut umbra declinauerūt. Itē saluū me fac de⁹ qm̄ defecit scūs qm̄ diminute sunt veritates a filijs hoīm Gen̄. xlvij. Dies pegrinatōis vite mee cētū triginta annor̄ sunt qui ⁊ mali ⁊ non peuenerūt vsq̃ ad dies patrum meorum. Item. Genesis. viij. Sensus et cogitatio humani cordis ad malum prona sunt ab adolescentia sua

Eccl'i.xix. Qui modica spernit pau
latim decidet. Hebre.ij. Propterea
oportet nos abūdātius obseuare q̄
audiuimus ne forte ꝑeffluam⁹ De
tertio Genes.iij. Emisit dn̄s adam
de paradyso voluptatꝫ vt oparetur
terrā eiecitq̄ eū: subaudi in exilium
terrene miserie. Ps̄. Heu mihi q̄a
incolatus meus ꝓlongat⁹ est Heb.
xi. Juxta fidē abraaz ysaac ⁊ iacob
et oēs sancti antiqui defuncti sunt
non acceptis repromissionib⁹. sed a
longe eas aspiciētes ⁊ salutantes ⁊
confitētes. q̄ peregrini et hospites
sunt sup terrā. Qui em̄ hoc dicūt si
gnificāt se patriā inq̄rere ⁊ siq̄dem
illius meminissent de qua exierunt
habebant vtiq̄ tp̄s reuertendi. non
aūt appetūt meliorē .i. celestē. Hinc
flens canit eccl'ia. Salue regina mi
sericordie. ad te clamamus exules
filij eue ⁊c̄. Glosa sup illud Jacobi
Ne indignemini si mali in mundo
florent: si vos patimini. quia nō est
christiane dignitatis in tp̄alibus ex
altari. sed potius depmi. mali nihil
habēt in celo. vos nihil in mundo.
vn̄ spe illius boni ad quod tēditis
quicq̄d ꝯtingat in via gaudere de/
betis. De quarto Gen̄.iij. In sudo
re vultus tui vesceris pane tuo do/
nec reuertaris in terraꝫ de qua sum
ptus es. q̄ cinis es ⁊ in cinerē reuer
teris. Job.x. Memento queso q̄ si
cut lutū feceris me ⁊ in puluerē re/
duces me. Hinc d̄r nobis in die ci/
nerū. Memento hō quia cinis es ⁊
in cinerē reuerteris Eccl'i.xiiij. Oīs
caro veterascet sicut fenuꝫ ⁊ sicut fo
lium fructificans in arbore viridi.
Glo. Sicut fenū in terra ⁊ foliū in
arbore nascit. crescit. virescit. matu/
rescit. arescit. ⁊ deijcitur. ita caro no
stra nascit ex ꝓgenie parentū. crescit
in puericia. florescit in adolescentia
maturescit in iuuētute. arescit in se/
nectute. deijcitur in morte sic vt in
puluerē reuertatur. sed hoc sepe añ
q̄ arescat ꝑ senectutē. q̄ etiam iuue
nes varijs mortib⁹ moriunt. Con
tra hec quattuor mala ordinant q̄t/
tuor tertij fructus dn̄ici corpis qui
saluāt nos a plagis mortis. ab eter
na em̄ morte liberat. merita bone
vite multiplicat. ad patriā vite de/
ducit. ad eternā vitā corpus resusci
tat. De p̄mo fructu Joh.vi. Ego
sum panis vite. patres vestri mādu
cauerūt manna in deserto ⁊ mortui
sunt. hic est panis de celo descēdēs
vt si q̄s ex ipso māducauerit nō mo
riatur. Patres q̄ manducauerunt
manna oēs mortui sunt tā mali q̄
boni. sꝫ dissimiliter. mali em̄ qui in
manna xp̄m nō intellexerūt nec cre/
diderūt mortui sunt morte eterna
q̄ est in inferno. boni q̄ crediderunt
etiā mortui sunt quadā morte lōga
qua in lymbo quasi in vmbra mor
tis eterne detēti sunt ⁊ vsq̄ ad mor
tem saluatoris ab eterna vita sepa
ti. Sed si quis māducauerit ex hoc
pane nō morieť. quia non solum ab
eterna morte q̄ est in inferno. sed eti
am ab illa longa q̄ fuit in lymbo ꝟ
tute corpis xp̄i liberatur. Et insup
hec breuis mors corpis in vitā eter
nam q̄ est in celo eidē commutatur
Ozee.xiij. De manu mortis libera
bo eos. De scd̄o fructu. Johis.vi.
Panis quē ego dabo caro mea est
pro mūdi vita. quasi ꝑ multiplican
dis meritis bone vite. Sicut em̄ ꝑ
uulus ꝑ cibum corpalē crescit mag
nitudie. robore. ⁊ decore. sic fidelis
ꝑ cibum sacramētalem ꝓficit meri/
tis bone vite. Jo.x. Ego suꝫ pastor
bonus. ego veni vt oues mee vitam
habeant ⁊ abundātius habeāt Ps̄
Vitā petijt a te ⁊ tribuisti ei domi
ne longitudinē dierum. vt scꝫ ꝓfici/
at de claritate in claritatē. de virtu

Vicesimustertius.

te in virtutem. Item. multiplicabis in anima mea virtutē. Jo. xv. Qui manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructū multuz. De tertio fructu Joh. vi. Ego sum panis viuus q̄ de celo descēdi: si quis māducauerit ex hoc pane viuet in eternū. i. deducā eū de exilio p̄sentis miserie ad celū vnde descēdi: vbi est vita eterna. Ambro. Dñici corpis figura p̄cessit quādo dñs in deserto patribz mānā pluit. qz sicut ille panis populū p desertū ad terram p̄missionis duxit. ita hec esca celestis fideles huius seculi desertū trāseūtes in celū subuehit. vñ recte viaticū appellat. q̄a in via nos reficiens in patriā vsqz pducit. Hiere. xij. Reducā vix ad hereditatem suā. Prouer. iij. Lignū vite est hys q̄ apprehendūt eam. Glo. Sicut in paradiso fuit lignū vite ita p sapientiam dei q̄ est xps viuificat ecclesiam nūc sacramento corpis ⁊ sanguinis vite eterne accipit pignꝰ. sic ergo corpus xpi sumptū pignus est vite eterne. et pignus non dimittit donec id p quo impignoratū est accipit. pfecto p id ad vitaz eternam pducimur. De q̄rto fructu Joh. vi. Qui mādūcat meā carnem ⁊ bibit meū sanguinē habet vitā eternam. et ego resuscitabo euz in nouissimo die. Eleg omnē hoīem siue malus sit siue bonus dominus suscitabit p̄. Chorz. xv. Sicut p vnum hoīem mors scz oīm. ita et p vnū hoīem. s. christū resurrectio mortuorū. sz hec erit valde dissimil. vñ seqtur. Oēs quidē resurgemus sed nō oīmes immutabimur. Oēs resurgemus. q̄a vt dicit. ij. Chorz. v. Oēs nos manifestari oportet añ tribunal christi vt referat vnusquisqz ꝓpria corporis put gessit siue bonū sit siue malum sed nō oīmes immutabimur. qz soli electi ꝓpter corpis christi ꝓticipationem. s. sacramētalē vel spiritualem surgent sole pulcriores. sed reprobi surgent miseri infirmi ⁊ deformes. Dañ. xij. Qui dormiūt in terre puluere euigilabūt: alij in vitā eternam q̄ ⁊ fulgebūt sicut splēdor firmamēti. ⁊ alij in oꝓprobriū sempiternum quos scz vt ōr. Esa. xiij. Tortiōes ⁊ dolores vt pturiens tenebūt ⁊ facies ꝓbuste vultus eorū quale semen quod cadit in terrā talis fructus ō terra surgit. Sil'r qualis vita tua ē dū moreris talis suo tpe resurrectio erit. Seminatur zizania ⁊ surgit ex ea deformis ⁊ odibilis herba. Seminat triticū resurgit frumentum pulcrū ⁊ electū. Hec figurata sunt Gen. xli. In somno regis septē spice pullulabant in culmo vno plene atqz pulcerrime. ⁊ septē alie de stipula oriebant tenues ⁊ pcusse vredine. i. vento vrente q̄ scilz eas infirmauit ⁊ denigrauit. Septem spice deformes significant omnes reprobos cū magna deformitate in iudicio apparētes. septē pulcerrime omnes electos cuz gloriosis corpibz resurgētes. De p̄mo Naum. iij. Ecce ego ad te malefica. i. vniuersitas dānandoꝝ dicit dñs ⁊ reuelabo pudēda tua in facie tua ⁊ ostendā in gentibz nuditatē tuam ⁊ regnis ignominiam tuā. De secūdo Phil'. iij. Saluatorē expectamꝰ dñm iesum christū qui reformabit corpus hūilitatis nostre ꝓfiguratū corpori claritatis sue. p̄. Chorz. xv. Seminat corpus in corruptōe surget in incorruptione. seminatur in infirmitate surget in virtute. seminat corpꝰ aiale surget spūale. seminat in ignobilitate surget in gloria. Amen.

De tribz effectibz p̄ncipalibz. et q̄ q̄libet va

let ad tria.

Sermo xxiiij.

Venite comedite panē meum ꝛc. ꝛ alia vt sup̄. vel similia de effectu vl' fructu Sacrosanctū corpus dñi tres habet effectus p̄ncipales. Primus est peccatoꝝ destructio. secundus bonoꝝ spūalium augmētatio tertius aīarū ꝯfortatio vel vite eterne collatio. De p̄mo Dañ. ij. Videbas donec abscisus est de monte lapis sine manib⁹ ꝛ pcussit statuam id est figmēta pctōꝝ ꝛ cōminuit eā p̄. Joh. iij. In hoc apparuit filius vt dissoluat opa diaboli. De secūdo Prouer. xij. Qui bonus est hauriet sibi a dño grām. qꝛ scꝫ ipse est fons toti⁹ gratie Eccl'i. xxiiij. In me oīs gr̄a vie et veritatis. in me oīs spes vite ꝛ virtutis. trāsite ad me omes q̄ concupiscitis me ꝛ a generatiōib⁹ meis adimplemini. De tertio Ps̄ Panis cor hoīs ꝯfirmat. Geñ. xviij Ponā buccellā panis ꝛ ꝯfortet̄ cor vestrū ꝛc. ¶ Primus ergo effectus p̄ncipalis corpis xp̄i est peccatoruꝫ destructio. ꝛ hoc ad tria. Ad delendam maculā cordis. ad mitigandū stimulū carnis. ad resistendū cogitatōib⁹ prauis De p̄mo Ps̄. Niue dealbabuntur in selmon. Selmon mons dei est. ꝛ interp̄tatur vmbra. Et sicut dicit glosa corpus xp̄i significat. qꝛ sicut vmbra fit de lumine et corpe. ita in corpe xp̄i est lumē diuinitatis ꝛ caro humanitatis In h̄ monte vmbroso fideles sup niuē dealbabunt̄. qꝛ ꝟtute corpis xp̄i incōparabil'r a macula peccatoꝝ emundant̄. Esa. xliij. Ego sum ip̄e q̄ deleo iniq̄tates tuas. De scd̄o Exod. xvi. Mane ros iacuit in similitudine pruine sup terrā. Panis celestis in sil'itudine roris ꝛ pruine apparebat. qꝛ corpus xp̄i a furore viciorum refrigerat. Ps̄. Tu dñar' ptāti maris ꝛc. Mare significat multas miserias hoīs. motus fluctuū stimulū carnis. De tertio Cant'. i. Fasciculus mirrhe dilect⁹ me⁹ mihi. Mirrha seruat corpa a vermib⁹ incorrupta. sic corpus xp̄i corda fideliū a p̄uis cogitatōibus illesa. qꝛ cum dilectū dñm suscipim⁹ si fasciculū mirrhe. i. amaritudinē passionis ei⁹ piamente cogitamus vermes malarū cogitationum a nobis repellimus. ¶ Scd̄s effectus p̄ncipalis ē bonorum spūalium augmētatio Et hoc ad tria. ad decorē castitatis. ad feruorē charitatis. ad saporē suauitat' De p̄mo Dañ. p̄. Apparuerūt vultus eoꝝ meliores pre oībus pueris q̄ vescebant̄ cibo regio. Glo. vult⁹ eoꝝ quos panis satiabat q̄ de celo descēdit. apparuerūt meliores decore scꝫ castitatis. vñ et pueri illi casti erant. Cant'. vij. Quam pulcra es ꝛ decora charissima in delicijs Sicut em̄ bonū nutrimētū multū facit ad decorem corpis. sic delicie cibi spūalis ad pulcritudinē castitat' Ezech xvi. similā ꝛ mel ꝛ oleū comedisti ꝛ decora facta es vehementer. De secūdo. Eccl'. xxxij. gēmula carbūculi in ornamēto auri. Glo. ardentiū gēmarū p̄ncipatū tenet carbūcul⁹. sic deus qꝛ ignit⁹ vt carbo ꝟcat corpus xp̄i qd̄ cor accipiētis ꝛ ornat castitate ꝛ inflāmat charitate. Ps̄. Ignis a facie eius exarsit carbones succensi st' ab eo. Hinc. iiij. Re. iiij. Helyzeus incūbens incuruauit se sup puerū ꝛ calefacta ē caro pueri. De tertio Geñ. xlix. Aser pīguis panis ei⁹ p̄bebit delicias regibus. Sap̄. xvi. Angeloꝝ esca nutriuisti ꝓpl'm tuū ꝛ panez de celo p̄stitisti eis hñtem oē delectamētū ꝛ oīs saporis suauita/

Vicesimusquartus.

tē. substantiā em̄ tuā et dulcedinem quā in filijs habes ostēde. Cant. v. Comedi fauū cū mel. meo. i. dulcedinē carnis xp̄i cū dulcedine diuinitatis. bibi vinū meū cū lacte meo. i. dulcedinē sanguīs xp̄i cū dulcedine spūalis ꝯsolatōis. ¶ Tertius effectus p̄ncipalis est aīarū cōfortatio. Et hoc ad tria. ad debellādū demonia. ad sustinendū aduersa. ad opandū bona. De p̄mo. p̄. Re. xxx. Inuenerūt viri dauid viruz egyptium in agro. ⁊ adduxerūt eū ad dauid. dederūtq; ei panē vt comederet ⁊ refocillat⁹ est ⁊ adduxit dauid ad latrūculos ⁊ pcussit eos. Vir egypti⁹ significat pctōrem quez p̄dicatores adducūt ad xp̄m p ꝯuersionem qui pane dn̄ici corpis ꝯfortatus fit dux xp̄i exercitus ad demones debellādos. Eph̄. vi. Cōfortamini in dn̄o et in potētia v̄tutis eius vt possitis stare aduersus insidias diaboli. p̄. Reg. vij. Factū est cū offerret samuel agnū in holocaustū exterruit dn̄s phylisteū ⁊ cesi sunt a filijs isrl̄. De scd̄o. iij. Reg. xxij. Mittite virū istū in carcerē ⁊ sustētate eū pane tribulatōis. In carcerē mittit̄ q̄ in h̄ mūdo aduersa patit̄. panis tribulationis q̄ sustentat̄ est panis eterne vite q̄ ad sustinēda aduersa ꝯfortat̄. Actuū. xxvij. d̄t apl̄s Existentib⁹ in magno pericl̄o maris rogo vos accipe cibū p salute vr̄a. et oēs sumpserūt cibū ⁊ animeq̄ores facti st̄. Phyl̄. iiij. Oīa possum in eo q̄ me ꝯfortat De tertio. Prouerb̄. xxxi. Mulier fortis de nocte surrexit deditq; predā domesticis suis ⁊ cibaria ancillis suis. Mulier fortis est eccl̄ia de gentib⁹. hec de nocte surrexit. qz per auditū verbi dei de tenebris pctōꝝ ad xp̄m se cōuertit. p̄dam domesticis ⁊ cibaria ancillis suis dedit. q̄a sacramēta iudee missa q̄ suscipe noluit hec cū oī desiderio rapuit ⁊ de eis familiā suā. i. fideles pauit Et h̄ vt eos ad tria bona confortaret. ad opa misericordiarū. ad lucrū aīarū ad emptionē celestiū diuitiaꝝ. Vn̄ seq̄tur post p̄dictū cibū ꝯsiderauit agrū ⁊ emit eū. de fructu manuū suarū plātauit vineā. Primo ergo cōfortamur cibo dn̄i ad opus bonuz. Eccl̄i. xxxiij. Cibaria ⁊ virga ⁊ on⁹ asino panis disciplina ⁊ opus seruo sicut pabulū ꝯfortat asinū ad onera sua portāda. sic panis celestis seruum dei ad opa bona pficienda. p̄. Thimo. p̄. Grās ago ei q̄ me ꝯfortauit in xp̄o iesu. Qui em̄ vere cōsiderat in hoc sacramēto immēsaz circa se dei liberalitatē valde cōfortat eum ad p̄ximi pietatē. Scd̄o cōfortamur ad lucrū aīarum. vn̄ ibidem Vas electiōis est mihi iste vt portet nomē meū corā gentib⁹. nomen meū scz iesum xp̄m q̄si celeste oleuz ad sanitatē aīaꝝ. Canti. p̄. Oleum effusum nomen tuū. de pleno corde xp̄i fluit oleū gr̄e ad salutem anime Tertio ꝯfortamur ad emptōez bonoruz celestiū. Hinc supra dictū est q̄ mulier fort̄ post cibū ꝯsiderauit agrū ⁊ emit euz v̄tutib⁹ scz ⁊ bonis opib⁹ Hier̄. xxxij. Agri pecunia emētur ⁊ scribent̄ in libro ⁊ imp̄met̄ signū ⁊ testis adhibebit̄. Agri celestis hereditatis ement̄ pecunia virtutū et bonoꝝ operū et scribent̄ taz agri q̄z hoīes emptores ī libro vite ⁊ imp̄metur in corde emptoris signū. s. crucis xp̄i ⁊ lumē imaginis dei pro certo pignore. ⁊ adhibebit̄ testis. qz in die iudicij corā oībus testis erit dn̄s q̄ vere emisti regnū celoꝝ p̄cio bonoꝝ opeꝝ. Vel terti⁹ effect⁹ p̄ncipal̄ dici p̄t vite et̄ne collatio. Joh̄ vi. Si q̄s māduca. ex h̄ pane viuet ī et̄. Et h̄ in trib⁹. ī oīm deliciaꝝ p̄paratiōe. in oīm desideriorꝝ impletōe. in

omniũ bonoꝝ secura ⁊ eterna fruitione. Reqre in sermone.x. in fine.

De effectibus corpis christi sumptis ex tribꝰ vocabul' Sermo xxv.

Venite comedite panẽ meum ⁊c. vl' alia vt sup̃. Effectus dñici corporis pñt sumi ex q̃busdaꝫ noibus que solent eidẽ asscribi. noiatur em̃ qñqꝫ verus panis. qñqꝫ sacrificium altaris. qñꝫ sacramentũ charitatis De p̃mo Joh. vi. Pater meus dat vobis de celo panẽ verũ. De scdo Mal'. iij. Placebit dño sacrificium iuda ⁊ hierl'm De tertio. p̃. Thim̃. iij. Manifeste magnũ est pietat' sacramentũ. qd̃ manifestatũ est in carne ꝑ partũ virginis. p̃dicatũ est gentibꝰ a sanctis apl'is. creditũ est mundo. i. ꝯcessum fidelibꝰ in cibũ salut' vñ recte d̃r sacramentũ charitatis. Primo corpus dñi noiatur panis verus. ⁊ s̃m hoc habet tres effectus scꝫ ꝯfortat. satiat. ⁊ vitam ꝯseruat. sic panis iste ꝯfortat animũ ad malũ culpe deuincendũ. qꝛ q̃ carent corroboratõe huius panis vincuntur a vicijs. iiij. Reg. xxv. Rex babilonis et exercitus eius obsedit hierusalẽ. et nõ erat panis populo terre ⁊ oẽs viri bellatores nocte fugerũt ad ortuꝫ regis. i. ad delicias carnis et ad campestria solitudinis. i. ad vitam latã que ducit ad mortẽ. De scdo. ps̃. Panis cor hoĩs ꝯfirmat ad malũ. s. culpe deuincendũ vt iaꝫ supra. Scdo satiat spiritũ ad fastidiũ mũdi faciendũ. Vñ ps̃. Paupes eius saturabo panibꝰ Cõplenda. satiasti dñe familiã tuã muneribꝰ sacris. et hoc ad fastidiũ mundi faciendum. Prouerb. xxvij. Aĩa saturata calcabit fauũ Greg. Gustato spũ desipit oĩs caro. De tertio. q̃ ꝯseruat vitã ad deum sꝑ laudandũ. Eccl'i. xxxiiij Panis egentium vita pauperis est. Joh. vi. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. ego viuo ꝓpter patrẽ et q̃ mãducat me ip̃e viuet ꝓpter me. ⁊ hec vita est ad deũ sꝑ laudandum. Ps̃. Lauda aĩma mea dñm laudabo dñm in vita mea psallam deo meo q̃diu fuero. De his supra sermone. ix. Scdo corpus dñi noiatur sacrificiũ altaris. ⁊ s̃m hoc triplicẽ habet effectũ. s. in triplici statu fideliũ in hoc mũdo. in purgatorio. in celo. In p̃mo statu peccata relaxat. in secũdo penã alleuiat. in tertio gloriã augmentat. De p̃mo. Leui. v. Anima que peccauerit ꝑ ignorantiã offerat arietẽ immaculatũ. Glosa. id ẽ xp̃m sine quo nõ fit remissio nihil em̃ ꝓdest caprã id est asperitatem penitẽtie immolare nisi studueris in christi immolatõe planã fiduciam habere. Joh. p̃. Ecce agnꝰ dei ecce q̃ tollit peccata mũdi Pascasiꝰ Licet oĩa peccata in baptismo sint donata. infirmitas tñ pcti. i. fomes in carne remanet. Et qꝛ adhuc quotidie labimur saltẽ inuenialibꝰ. ideo ꝑ nobis xp̃s quotidie immolatur. vt q̃ semel moriendo mortẽ deuicit q̃tidie recidiua delictoꝝ ꝑ hec sacramẽta relaxat. Ambro. Sicut quod vbiqꝫ offert' vnum est corpus: ita et vnũ est sacrificiũ. christus semel in cruce hostiã ꝑ oĩbus obtulit ip̃am offerimus ⁊ nũc. sed qd̃ nos agimꝰ recordatio est sacrificij illius. nec cã sue infirmitatis repetit'. sed nostre. quia quotidie peccamus. De secũdo Leuit'. xvij. Dedi vobis sanguinẽ vt sup̃ altare meũ expietis ꝑ aĩabus vestris. In hoc figuratuꝫ est q̃ sacrificium carnis ⁊ sanguinis christi valet aĩabus in pena purgatorij.

Vicesimusquintus.

Hinc sciendū est q̄ tres sunt turme animarū hinc decedentiuz. Prima peccantiū. secunda penitētiū. tertia innocentiū. Primā sacrificium non adiuuat. scd̄am a pena alleuiat. tertiam sine pena ꝑ ignez ad celos sub leuat. De p̄mo. p̄. Reg. iij. Juraui hely q̄ nō expietur iniq̄tas domus eius victimis ⁊ muneribus vsq̄ in eternū. domus eius. i. omniū in peccatis ꝑsistentiū Hiere. vij. Quia loquutus sum ad vos ⁊ non audistis et vocaui vos ⁊ nō rn̄distis ꝓiciam vos a facie mea. ꝓiciā scz post hāc vitā vestram malā in penam infernalem. a facie mea. id est ab om̄i bono quod est in celo ⁊ in terra. tu ergo noli orare ꝓ populo hoc. nec assumas laudē ꝓ eis. id ē sacrificiū laudis ⁊ obsistas mihi. quia nō exaudiam te. Prouer. vi. Qui adulter est id est amans ⁊ adherēs creature vltra mensurā iusticie. ꝑdet animā suam. q̄ zelus ⁊ furor viri non parcet in die vindicte. nec acq̄escet cuiusq̄ precibꝫ. nec suscipiet ꝓ redemptiōe plurima quasi p̄ciosissimum christi sacrificiū De secundo supra. Dedi vobis sanguinē vt super altare meum expietis pro aīabus vestris sanguinem. i. sacrificium corꝑis ⁊ sanguinis xp̄i. sanguis ponitur pro corpore ⁊ sanguine simul. pars ꝓ toto et q̄ sanguis in altari nō est sine corpore nec corpus sine sanguine ꝓ aīabus: que scz sunt in purgatorio. Augustinꝰ. Orōnibꝫ ⁊ elemosynis ⁊c. Zach. xiij. Partes due in terrā disꝑgent̄ ⁊ deficient. i. infideles et mali christiani damnabūtur. ⁊ tertia ꝑs relinquet̄ ea. id est penitentes. ⁊ ducam tertiā ꝑtem ꝑ ignez. id est aīas penitētiū ꝑ purgatoriū. ⁊ vram eos sicut vritur argentum ⁊ ꝓbabo eos sicut probat̄ aurum Ipe inuocabit nomen meum ⁊ exaudiam eum. ipe id est populus christianus in terra derelictus inuocabit me oratōibus elemosynis. ⁊ sacrificio altaris pro ꝑte ducta ꝑ ignem. id est ꝓ animabꝫ que sunt in purgatorio. ⁊ exaudiam eum alleuiando. scz penam illorum et breuiando. De tertio Prouerb. xxi. Munus absconditū extinguit iras. iras scz dei. i. penas purgatorij quantū ad aīas innocētes ⁊ in p̄senti tribulatōibus ⁊ flagellis satꝫ purgatas. Ps. Dn̄e ne in furore tuo arguas me neq̄ in ira tua corripi. me. Qm̄ sagitte tue īfixe sunt mihi. Furor dei ardet in īferno. ira in purgatorio. sagitta siue correptio amoris in hoc mundo. Qui ergo hic sagittas correptōis dn̄i patienter portat furorē inferni ⁊ irā ignis purgatorij duce domino illesus euadit. Esaie xliij. Noli timere seruus meus cuz ꝑtrāsieris ꝑ aquas: tecū ero ⁊ flumina nō operient te: cū ambulauerꝫ in igne nō ꝯbureris q̄ ego saluator tuus. Dan. iij. Angelus dn̄i descēdit cū azaria ⁊ socijs eius in fornacem. et fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantē ⁊ non tetigit eos omnino ignis neq̄ ꝯtristauit. Tunc laudabāt deum dicētes. Bn̄dicite domino q̄ eruit nos de inferno ⁊ liberauit de medio ardētis flāme. Esa. lv. In leticia egrediemini ⁊ in pace deducemini montes ⁊ colles cantabunt corā vobis laudē. De tertio supra nominato. s. q̄ sacrificiū altaris gloriā beatoꝝ in celo q̄dammō augmentat. Leuit. x. Pectusculum sacrificij q̄d oblatū est. ⁊c. vt sup̄ sermone. iiij. Greg. Eodē momēto rapitur in celū ministerio angeloꝝ cōsociandū corꝑi xp̄i ⁊ añ oculos sacerdotis in altari videt̄. rapit̄. s. corpori xp̄i cōsociandū. i. ad beatos letificandū. ꝯsumpsimus dn̄e diuina misteria: q̄ sicut tuis sanctis ad glo

riam. ita nobis ad vitā ꝓdesse ꝑfici as. Tertio corpus dñi noiat̄ sacra mentū charitatis. ⁊ ſm hoc tres hꝫ effectus. qꝛ tria maxima bona opat̄ in nobis. ſ. ſpūſſancti verā ꝑticipati onē. ipius xpi certā inhabitatiōem. in ſimilitudinē imaginis dei tñſſor matiōem. De ꝑmo Ps. De petra melle ſaturauit eos. qꝛ ſcꝫ fideles ſu gūt de corꝑe xpi dulcedinē ſpūſſan/ cti. Sap. xij. O q̄ꝫ bonus ⁊ ſuauis ē dñe ſpūs tuus in nobis. q̄ ſcꝫ de cor pore tuo in nos fluit. Aug⁹. Parti/ cipatiōe corꝑis ⁊ ſanguis xpi hō vi uit nō ſumēs tm̄ ſacramētal'r qd̄ et mali faciūt. ſed ꝑtingēs vſqꝫ ad ſpi ritus ꝑticipatōem vt in corꝑe dñi tā q̄ꝫ membꝝ maneat ⁊ eius ſpū vege tet̄. De ſcd̄o Joh. vi. Qui mandu cat carnē meā ⁊ bibit meū ſanguinē in me manet ⁊ ego in eo. Hylarius Accepta carne dñi ⁊c̄. Eſt em̄ in no bis xp̄s ꝑ carnē dū eius carnē acce/ pim⁹ ⁊ ſumus in eo dū ſecū hoc qd̄ nos ſumus in deo eſt. Joh. i. Ver/ bū caro factū eſt ⁊ habitauit in nob dū verbuꝫ carnē aſſumpſit in carne nr̄a habitauit. ⁊ dū nos verbū īcar natū in cibū accipimus ip̄m etiam habitat in nobis De tertio Joh. j. Quotq̄t aūt receperūt eū dedit eis ptātem filios dei fieri his q̄ credūt in noīe eius. i. deiformes et deo ſm imaginē ſimiles. nec p̄t creatura ad maius ꝓmoueri q̄ꝫ q̄ aſſimilet̄ ſuo creatori. Aſſimilat̄ aūt hō deo ꝟtu/ te corꝑis xpi in trib⁹. in interiori cor dis bonitate. in exteriori opis ferti litate. in ſupiori celeſtis regni here/ ditate. De ꝑmo. ij. Pet. j. Chriſtus ꝓpria gloria ſua ⁊ ꝟtute maxima ⁊ p̄ cioſa nobis ꝓmiſſa donauit vt per hoc efficiamur diuine ꝯſortes natu re. maxima ꝓmiſſa. i. ſeip̄m. vñ. Jus iurandū qd̄ iurauit ad abraā patrē noſtrū daturū ſe nob. vt efficiamur diuine cōſortes nature. id ē vere bo nitatis. quia natura dei bonitat⁹ eſt Amb. Quia dñs ieſus ꝯſors eſt di uinitatis ⁊ corꝑis. ⁊ tu q̄ accipis car nem eius diuine eius ſubſtātie in il lo ꝑticipas alimēto. i. vere bon⁹ effi ceris ab eo. De ſcd̄o Ezechi. xvij. Sumā de medulla cedri ſublimis et de vertice ramoꝝ eius ⁊ plātabo in montē excelſum ⁊ faciet fructum Medulla ſublimis cedri ē eterna ſapiētia. alti rami eius ſunt patres a ncti. vertex ramorū eſt beata ꝟgo pars de vertice eſt caro xpi ſumpta de virgine. Surculus ergo ſumpt⁹ de medulla et de vertice ei⁹ corpus chriſti plenū diuinitate. iſte plātat⁹ in montē excelſum. i. in cor iuſti ad deū eleuatū facit ſimilē chriſto bo/ ni opis fructū. De vtroq̄ Gal. ij. Viuo ego iā nō ego. viuit aūt ī me xp̄s. me ſcꝫ ſibi aſſimilādo interio/ ri bonitate ⁊ exteriori bono opere. Hinc dictū eſt Auguſtino. Cibus ſum grandium creſce ⁊ māducabis me: nec me mutabis in te ſicut cibū carnis tue. ſed tu mutaberis in me. De tertio Joh. i. Quotq̄t aūt rece perūt eū dedit eis ptātem filios dei fieri. ergo ⁊ heredes. Ro. viij. Si fi lij ⁊ heredes. heredes q̄dem dei. co heredes aūt xpi. ꝑ. Pe. i. Bñdictus de⁹ q̄ regenerauit nos. i. de filijs di aboli filios ſuos in hereditatem in corruptibilem ⁊ incontaminatam. et immarceſſibilem conſeruatam in celis. Amen.

De effectibus ſump/ tis ex tribus alijs corpo ris chriſti vocabulis.

Thema proprium.

Sermo .xxvi.

Vicesimussextus.

Venite comedite panē meum ꝛc.seu alia vt sup. Cū fectus dñici corpis pñt sumi ex trib⁹ alijs noib⁹ sus ꝗ supra. Dicit em̄ qñz medicina spūalis.quādoqz māna.i.panis celestis.qñqz eucharistia.i.bona gratia anime fidelis. De pmo Eccli. xxxviij. Altissimus de terra creauit medicinā ꝛ vir prudēs nō abhorrebit eā Aug⁹. Suscepit xp̄s de terra terrā.qz caro de terra est ꝛ de carne. Varie carnē accepit et ipaz nobis ad salutē manducandaz dedit. De scō Apoc.ij. Vincenti dabo manna absconditū.q̄si diceret q̄ se ꝓparat p victoriā vicioz.illi dabo manna.i.celestē panem.s.corpus meū in quo secrete reconditū est multiplex bonū Joh.vi. Hic est panis q̄ de celo descēdit. De tertio Eccli.xxxij. Audi tacens et p reuerētia accedet tibi bona grā.q̄si diceret.ꝓparate p auditū verbi dei ꝛ obedientie qua taceas.i.cesses a malo ꝛ serues reuerētiam in bñfaciendo. tūc dabit tibi bona grā q̄ grece ōr eucharistia.id est corpus xp̄i. Magister.iij.sniarū Sacm altaris excellēter ōr eucharistia.i.bona grā.qz in eo nō solū est augmentū virtutū ꝛ grē. sed ille totus ibi sumit qui est fons ꝛ origo totius gratie. ¶ Primo corpus domini dicitur medicina spiritualis. et fm hoc tres habz effectus Serpēs q̄ppe malignus ꝛc̄ vt sup̄ sermōe.vi. Ignorantie em̄ tenebras illuminat morbum praue ꝓcupiscētie sanat.ꝛ mortē destruēdo triūphat. De primo Ps. Parauī lucer.crimeo. Lucerna est lumen in dyaphano.i.pluc̄ido corpe.sic corpus xp̄i est ꝟbum dei q̄ est lux vera in mūda carne.q̄ sez pellunt a nobis tenebre ignorātie. Lu.ij. Viderūt oculi mei salutare tuū quod parasti aū faciē oīm populorū. Lumen ad reuelatiōem gentiū. Ps. Dñs illuminatio mea et salus mea.accedite ad euz ꝛ illuminamini. De scō Esaie.xxxviij. Itē.iiij. Reg.xx. Jussit esaias vt tollerent massam de ficis ꝛ cathaplasmarent sup vulnus regis vt sanaretur. Vlulnus siue vlcus regis est cūpiscētia carnis.ps. Miserere mei dñe qm̄ infirmus sum sana me dñe De tertio. Lu.p. Bñdictus fruct⁹ ventris tui.s.corpus xp̄i q̄ō est fructus vite valens ad curatōem mortis eterne. Prouer.iij. Lignū vite ē hys q̄ apprehenderūt eū.s.sapientiā dei incarnatā. Osee.xiij. Ero mors tua o mors. De hac triplici corruptiōe ꝛ medicina snp̄.ser. vt ponit p̄ncipiū. ¶ Scō corpus dñi ōr māna id est panis celestis.q̄ō māna habuit similitudinē saporis frumēti mellis ꝛ olei. De duob⁹ pmis Exo.xvi Gustus eius quasi simile cū melle De tertio Nu.xi. Fecerūt ex eo torulas saporis q̄si panis oleati. De tribus simul Ezech.xvi. Similam et mel ꝛ oleū comedisti. Et fm hec tria habet corpus dñi triplicē effectū. Operat em̄ morū honestatem. cordis suauitatē.proximi pietatem Primū signat in frumēto. scōm in melle.tertiū in oleo. De pmo Zach.ix. Quid bonū ꝛ q̄d pulcrū eius ꝛc̄. Panis de frumento bon⁹ ꝛ pulcer est in se ꝛ etiā in effectu. q̄a facit pulcrū.sic corp⁹ xp̄i bonū et pulcrū facit honestate morū. Vañ.i. Apparuerūt vult⁹ eoz ꝛc̄.vt s. vult⁹ eoz q̄s panis satiabat qui de celo descēdit. De scō Prouer.xxiiij. Come de fili mel qm̄ bonū est. Sap̄.xvi. Paratū ō ce.pa.p̄sti.ꝛc̄. De tertio Job.xxix. Quis mihi tribuat vt sim fm dies qū secreto de⁹ erat in tabnaculo meo ꝛ petra fundebat mihi riuos olei.i.grāz pietatz ad bonū xp̄i

Prouer.xxi. Thezaur⁹ desiderabi/
lis ⁊ oleuz in tabernaculo iusti.iiij.
Reg.iiij. Offerebat vasa et mulier
infundebat oleū. ⁊ ait helyzeus. vē/
de oleū ⁊ redde creditori tuo. tu au
tē ⁊ filij tui viuite de reliq̄. ecce oleū
in opus pietatis ꝓximum reficit. de
bita soluit. nosip̄os pascit. p̄mū in/
telligit̄ in eo ꝙ fundebat oleū in va
sa ꝓximoꝝ. scd̄m in eo ꝙ reddit per
oleū debita creditori. tertiū in eo ꝙ
ip̄a ⁊ filij de oleo vixerunt. Tertio
corpus dn̄i d̄r eucharistia. id ē bona
gratia. Grā est influētia diuine boni
tatis in aīam ꝑ quā assimilata deo
fit ei grata ⁊ vite et̄ne digna. Et s̄m
hoc corpus dn̄i hz tres effectus. si/
milē deo aīam efficit. gratā ⁊ charā
deo reddit. vitā eternā tribuit. De
p̄mo.ij. Pe.j. Christus ꝓpria gloria
sua ⁊ virtute maxima p̄ciosa nobis
ꝓmissa donauit vt ꝑ hoc efficiamur
diuine ꝯsortes nature. i. sil̄es deo ꝑ
verā bonitatē. De scd̄o Cant⁊. vij.
q̄ꝫ pulcra es et decora charissima in
delicijs. q̄si diceret. qr delicato cibo
et potu corporis ⁊ sanguinis xp̄i es
enutrita facta es multū decora. ⁊ id
circo grata deo. De tertio Joh. vi.
Qui māducat carnē meam ⁊ bibit
meū sanguinē habz vitā eternā Itē
corpus dn̄i d̄r eucharistia. i. bona g̅
tia. ⁊ s̄m hoc valde bonū hz effectū
scz ꝙ cū illud māducamus nō ip̄m
vt alius cibus mutat̄ in nos. ꝫ nos
in illd̄ mutamur vt iā dictū est gra
tia est influētia diuine bonitatis in
aīam ꝑ quā assimilamur deo. Hec
bona gr̄a. s. corpus xp̄i influit nobis
bonitatē suā per quā nō ip̄m nobis
sed nos illi assimilamur ⁊ in ei⁹ bo
nitatē mutamur Hec nostra in chri
stū mutatio p̄t ꝓbari sil̄itudine tri/
plici. Prima sumit̄ de ꝟtute nostri
amoris Scd̄a de ꝟtute rei maioris
Tertia de ꝟtute surculi arboris ⁊c.
vt supra sermone.xx. ante finem

De ꝯsideratiōe sangui nis xp̄i trib⁹ modis. Et p̄mo vt in cruce fundit̄

Sermo .xxvij.

Venite comedite panē me
um ⁊c. vt sup̄. Prouer.ix.
Hijs ꝟbis dn̄s nos inui
tat ad salutare cōuiuiū in
quo p̄parauit p̄ciosum cibū ⁊ potū
corpus ⁊ sanguinē suū. Dicto ita/
q̄ꝫ supra de xp̄i corpe: dicendū est h̄
de sanguine. Hic est q̄ venit ꝑ aquā
et sanguinē xp̄s iesus. p̄. Joh. v. Itē
Calicem q̄dem meū bi. Math. xx.
Item. Dignus es dn̄e q̄m redemi/
sti nos in sanguine tuo Apoc. v. vel
aliud simile. ¶ Septimū p̄ncipalit̄
circa sacramentū corpis dn̄i notan
dum est ꝯsideratio sacri sanguinis
Vn̄ sciendū ꝙ sanguis dn̄i tribus
modis p̄t cōsiderari. Primo vt in
cruce ꝓ omniū redemptiōe fundit̄.
secūdo vt in sacramēto a fidelib⁹ su
mitur. tertio vt a saluādis spūaliter
bibitur Primū est preciositatis ma
gne ꝓbatio. secundū tanti p̄cij dan/
di rō. tertiū virtutis sanguinis ma
gnitudo. Primo modo ꝯsideratur
ab inestimabili p̄ciositate. circa quā
quattuor p̄cipue p̄nt notari. ¶ Pri
mū circa p̄ciositatem sanguinis xp̄i
precipue notandū est p̄ciositat⁊ ma
gne ꝓbatio. Et hoc ꝓbatur a trib⁹.
A virginali origine. a dignitate in/
nocentie. a dei vnione. De primo
Eccl̄i. xxiiij. Ego q̄si vitis fructi. su.
odo. ⁊ flo. in fruc. ho. ⁊ honestatis.
Fructus vitis. s. beate ꝟginis. vua
et vinū. i. corp⁹ christi ⁊ sanguis Vi
num ergo honoris ortū de flore vi/
tis est sanguis christi preciosus na/
tus de virginitate matris. multum

stacq̃ cõmendat sanguis xp̃i nobili
tatẽ ⁊ preciositatẽ q̃ a nulla vt ali⁹
sanguis corruptõe sed a ꝟginali flo
re sumpsit originẽ. De secũdo Ps̃
Captabãt in aĩam ius. ⁊ san. inno.
ꝯdemnabũt. Quãto sanguis inno
cẽtior tãto rarior et p̃ciosior. p̃. Pe.
p̃. Nõ corruptibilib⁹ auro vel argẽ
to redempti estis. sed p̃cioso sangui
ne quasi agni incõtaminati ⁊ imma
culati iesu xp̃i De tertio Hiere. xiij
Agglutinaui mihi omnẽ domũ isrl̃
dicit dñs. i. insep̃abiliter mihi vni/
ui totã hoĩs naturã. s. animã corp⁹
et sanguinẽ. Heb. ij. Quia pueri cõ
municauerũt carni ⁊ sanguini ⁊ ip̃e
xp̃s similiter ꝑticipauit eisdẽ. i. fili
us dei ꝑ salute hoĩs habẽtis carnẽ
et sanguinẽ. ⁊ ita vniuit ea sibi ⁊ ho
nestauit vt vere ꝑssint dici caro dei
et sanguis Act. xx. Posuit nos spũs
scũs regere eccl̃iam dei quã acquisi
uit sanguine suo. ergo sanguis chri
sti vere est sanguis dei. ⁊ ideo taꝫ p̃
ciosus q̃ vna gutta plus valet q̃ to
tus mũdus. ¶ Scd̃m circa p̃ciosita
tem sanguinis xp̃i p̃cipue notandũ
est tanti p̃cij ꝑ hoĩe dandi rõ. ⁊ hec
est triplex. Prima magni debiti ne/
cessaria solutio. secũda magni amo
ris demõstratio. tertia magni boni
ꝑditi recuperatio. Prima rõ tanti
p̃cij dandi ꝑ hoĩe scꝫ p̃ciosi sanguis
dei est magni debiti necessaria solu
tio Maximo em̃ debito obligatus
erat p̃mus hõ. q̃ tenebat̃ deo satis/
facere ꝑ se ⁊ ꝑ toto genere humano
qd̃ rapuerat ⁊ occiderat pomũ veti
tũ comedẽdo. vñ iussus est cũ omni
ꝓgenie mitti in gehenne carcerẽ do
nec redderet om̃e debitũ ꝑ sufficiẽ/
tem hostiã. Justũ est em̃ ꝑm peccati
quãtitatẽ ⁊ illese maiestatis digni
tatem fieri satisfactionẽ. Et hoc p̃t
trib⁹ gradib⁹ distingui. Pro minori
em̃ culpa minor. pro maiori maior.
pro maxima satisfactio maxima est
facienda. Hinc statutũ erat in lege
dei ꝑ trãsgressione diuersoꝝ mãda
toꝝ pecus aliqd̃ deo offerri ⁊ occi/
di ⁊ sanguinẽ eius fundi. Ex hoc se
q̃tur q̃ ꝑ tot homicidijs p̃mi parẽ/
tis qui oẽs hoĩes occidit. q̃ ꝑ eum
om̃es moriuntur. ⁊ ꝑ lesa ꝑ hec ma
xime creatoris maiestate tã precio/
sa hostia debeat offerri deo ⁊ occidi
et sanguis eius fundi q̃ ad min⁹ tan
tũ valeat quantũ omnes hoĩes qui
sunt occisi. sed q̃ talis in om̃i crea/
tura nõ potuit inueniri necesse fuit
ad soluendũ tantũ debitũ ⁊ ad libe
randũ de inferni carcere genus hu/
manũ filiũ dei hoĩem fieri om̃i crea
tura meliorẽ ⁊ ip̃m de debito hoĩs
occidi ⁊ sangninẽ eius fundi. De p̃
mo Leuit. iiij. Anima q̃ peccauerit
ꝑ ignorantiã in tñsgressione scꝫ quo
rundaꝫ mandatoꝝ dei: offerat dño
vitulũ vel agnũ vel aliud hmõi ad
occidendũ ⁊ sanguinẽ eius funden/
dũ. Heb. ix. Oĩa pene in sanguine
mũdantur ꝑm legem ⁊ sine sanguis
effusione nõ fit remissio De secũdo
Gen. ix. Quicunq̃ fuderit sangui/
nem hoĩs fundetur sanguis illius.
ad imaginẽ quippe dei fact⁹ est hõ.
Nume. xxxv. Nõ aliter expiari põt
nisi eius sanguine qui alterius san/
guinẽ fuderit De tertio dñs Osee
xiij. De manu mortis liberabo eos
de morte redimã eos: p̃cio sangui/
nis dicit glosa interli. de morte. i. de
plaga ⁊ debito eterne mortꝫ Berñ.
Filius dei iubet occidi vt vulneri/
b⁹ nostris p̃cioso sanguinis sui bal/
samo medeat. Agnosce aĩa q̃ gra/
uia sunt illa vulnera ꝑ q̃bus necesse
est christuꝫ dñm vulnerari. nisi em̃
essent ad mortem eternã nunq̃ pro
eis dei filius moreret. Secunda rõ
tanti p̃cij dandi est magni amoris
demonstratio. p̃. Joh. v. Tres sunt

qui testimoniū dant in terra. spiri/
tus aqua ⁊ sanguis. Spūs em̄ quē
emisit de corpe pendēs in cruce. aq̄
que fluit de latere ⁊ sanguis quē ef/
fudit de corde testes sunt dilectiōis
maxime. Ps. Apud dn̄m miscdia
et copiosa apd eū redemptio. vt scz
ꝓbaretur amoris eius ad nos mag
nitudo. Bern̄. Vere copiosa xp̄i re
demptio. qꝛ vndam sanguis ꝑ quin
q̄ ꝑtes corꝑis largiter effudit cū ꝓ
redemptōe generꝫ humani vna gut
ta p̄ciosi sanguinis eius suffecisset.
sed data est copia vt magnitudine
muneris ꝟtus innotesceret diligen
tis. vt em̄ ostēderet q̄ntum te dilige
ret non aliter voluit q̄ꝫ moriēdo te
de morte liberare Aug⁹. O aīa pre
ciosa nō auro redempta vel opib⁹. ꝫ
agni immaculati sanguine. attende
q̄ntum valeas. q̄d pro te datū sit co
gita. noli teip̄am tradere in ꝑditio/
nem ꝓ qua xp̄s suum p̄ciosum effu
dit sanguinē. Tertia rō tanti precij
dandi est magni boni ꝑditi recupa
tio. Et hec est triplex. scz libertas a
seruitute diaboli. introitus celestis
regni. hereditas filiorū dei. De pri
mo Hier̄. xxxi. Redemit dn̄s iacob
et liberauit eū de manu potētioris
vt dicit Petrus p̄cioso sanguīe xp̄i
Joh. viij. Vos si filius liberauerit
vere liberi eritis Ps. Redemit eos
de manu inimici. Lu. p̄. Bn̄dictus
dn̄s deus israel q̄a visitauit et fecit
redemptionem plebis sue. De se/
cūdo Hebre. ix. Christus ꝑ ꝓprium
sanguinez introiuit semel in sancta
eterna redemptōe inuēta. ⁊ infra. x.
Habētes itaq̄ fratres fiduciam in
introitu sanctoꝝ in sanguine christi
Hieron̄. Sāguis xp̄i clauis est pa/
radisi. In passione em̄ dn̄i celū diu
clausnm quasi soluto sanguine eius
p̄cio est aptum. Joh. xix. Vnus mi
litum lancea latus eius aperuit. et
cōtinuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Glo
sa. vigilauti verbo vsus est. nō dixit
vulnerauit sed aperuit. vt illic quo/
dāmodo vite ostiuz panderet vnde
sacramenta eccīe manauerūt sine q̄
bus ad vitā nō intrauit. sanguis em̄
fusus est in remissionē peccatoꝝ. aq̄
in lauacrū humanū genus ꝓpter de
bita peccatoꝝ ⁊ deformitatē a para
diso celesti exclusum necesse habuit
ad reditū ⁊ p̄cio sanguinis xp̄i a de
bito absolui ⁊ aqua baptismi a sor/
de lauari. De tertio Leui. xxv. Si
attenuatus frater tuus vendiderit
possessiūculam suam. si voluerit ꝓ/
pinquus eius poterit redimere qd̄
ille vēdiderat. hoc fecit xp̄s exul pre
cio sanguinis Hinc legit Nu. xxxv.
q̄ homicidis expulsis de terra sua
nō dabat libertas redeūdi nisi post
mortē summi pontificis. Hiere. xij
Reducam virū ad hereditatē suaz
et ad terrā suā Eccl̄i. xxxiij. Seruus
fidelis sit tibi quasi aīa tua: q̄si fra
trē sic eū tracta quoniā in sanguine
cōparasti eū. ꝯparat em̄ in eo q̄ he/
reditatē suam quā redimere nō po/
terat sanguine tuo nō redemisti sibi
vnde tracta eū quasi fratrē diuiden
do secū hereditatē. Hinc Luc. xxiij.
Clamat de cruce latro. dn̄e memē/
to mei dū veneris in regnum tuū. ⁊
dixit illi iesus. Amen dico tibi ho/
die mecū eris in paradiso. Amen.

De duob⁹ alijs circa p̄ciositatē sanguinis christi. Thema proprium.

Sermo .xxviij.

Venite comedite panē me
um ⁊c. vt supra. ¶ Tierti
um circa p̄ciositatem san/
guinis christi vt conside/
ratur in cruce fusus precipue notan

dum est virtutis eius magnitudo. Et hec consistit in tribus. scz in diaboli destructione. in mūdi redemptione. ⁊ in dei recōciliatiōe. De primo Job. xl. ſm aliam litterā. Nunquid capies leuiathan hamo. supple sicut ego. Leuiathan siue cetus est diabolus. Hamus siue aculeus in esca est dei filius in carne humana abscōditus. hamo isto deceptus et captus est diabolus. quia dum carnem innocentis iesu christi in cruce mordere ⁊ fundere sanguinem iniuste p̄sumpsit latens aculeus diuinitatis potestatē illius pforando destruxit. Amos. ij. Ego exterminaui amorreū. id est amatū inimicū. cuius altitudo cedrorū altitudo eius et fortis ip̄e quasi quercus. Hoc figuratum est Dañ. xiiij. Erat draco magnus in babylone ⁊ tulit daniel picē ⁊ adipē ⁊ pilos ⁊ coxit pariter et fecit massas ⁊ dedit in os draconis et diruptus est. Pix et pili significant silitudinem carnis peccati. adeps sanguinē christi. masse ex his sacra mēbra saluatoris data in potestatē hostis. sz dū hec iniuste mordere nitit̄ iuste potestas eius destruitur. De scdo. p̄. Chor. vi. Empti estis p̄cio magno. Eph. i. Habem⁹ redemptiōem p sanguinē christi in redemptōem pctōrum. p̄. Pe. j. Nō corruptibilib⁹ redempti estis. sed p̄cioso sanguine iesu christi. Hinc canit eccl'ia Te ergo q̄sumus famulis tuis subueni q̄s p̄cioso sanguine redemisti. De vtroq̄ Heb. ij. Quia pueri ꝯmunicauerūt carni ⁊ sanguini ⁊ ipse christus sil'r pticipauit eisdem vt p mortē destrueret eū q̄ habebat mortis imperiū. i. diabolum vt liberaret eos. Aug⁹. Quid fecit redēptor captiuatori vestro terēdit ei muscipulam crucem suam. posuit ibi escam corpus ⁊ sanguinē suum. Ille aūt sanguinē fudit non debitoris p quod iussus est reddere debitores Hinc canit eccl'ia. O crux gloriosa p quaz diabolus est victus et mundus christi sanguine redēptus De tertio Eph. ij. Vos q̄ aliquando eratis longe facti estis ꝓpe in sanguine xp̄i. ip̄e est em̄ pax nostra. id ē faciēs nobis pacē cum deo. Col'. p̄. Christus est caput corpis eccl'ie pacificans p sanguinē crucis siue q̄ in terris siue q̄ in celis sunt. Hinc post passionē ⁊ resurrectōem ostēdit discipulis cruētas manus ⁊ latus dicens: pax vobis. Hec pax cū deo siue recōciliatio fit p sanguinē xp̄i triplici rōne. s. rōne precij sufficiētis qd̄ in eo ꝓ nostris debitis soluit. rōne nostre formositatis qua nos deo g̅tos fecit. rōne gratissime deo charitatꝫ quā in facto demōstrauit. De p̄mo Ps̄. Persecuti sunt me inimici mei iniuste. s. vsq̄ ad mortē crucꝫ que nō rapui tūc exoluebā. s. precio sanguis ꝓ bono pacis. Math. xxvi Sanguis meus ꝓ vobis effundet̄ in remissionē peccatoꝝ De secūdo Eph. v. Christus dilexit nos ⁊ tradidit semetipsum pro nobis oblationem ⁊ hostiam deo in odorē suauitatis quasi hostia corporis christi et sanguinis extitit deo grata ad effectum nostre recōciliationis causa minime dilectionis. Nam si noe iustus vt dicitur Eccl'. xliiij. in tp̄e iracundie factus est recōciliatio propter iusticiam. multo magis christus propter nimiam charitatem q̄ obtulit pro nobis deo propriū sanguinem. De tertio Roma. v. Justificati in sanguine chr̄i salui erimus ab ira p ipsum ⁊ gloriamur in deo per dominum nostrum p quem reconciliationem accepimus Itē. p̄. Dilectis dei vocatꝫ sanctis. id est christi sanguine tinctis gratia vobis ⁊ pax

Joh.xiij. Misit aquam in peluim. Glo. sanguinē in terrā fudit ⁊ cepit lauare pedes discipuloꝝ quasi scilꝫ sanguine suo mundū mundās nos fecit pulcros ⁊ deo gratos. Apoc.j. Christus dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. et fecit nos regnum deo ⁊ sacer. Ecce pctōres dn̄s sanguīe suo lauit ⁊ formosos ac roseos ⁊ deo gratos fecit et in eo sic reconciliauit vt in curia dei principes ⁊ reges efficeret.

¶ Quartū circa p̄ciositatez sanguinis xp̄i precipue notandū est redēptorum multitudo. Tres em̄ exercitus magni sanguine eius sunt redēpti. s. manifesti inimici. antiqui iusti dubij amici. Primi de vinculo pctī secundi de lymbo inferni. tertij de dubitatione fidei Propter hec tria effudit sanguinē de trib⁹ locis. De manib⁹. de pedib⁹. de vulnere laterꝫ Primo de manib⁹ vt pctōres virtute sanguinis a vinculis peccatoruꝫ solueret ⁊ absolutos ad se reuocaret. De p̄mo Eccl̄i.l. Porrexit sacerdos magnus manū suaꝫ in libatiōe ⁊ libauit in sanguine vue vt scꝫ pctōrum vincula disrumperet. Ps̄ Disrupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis. Aug⁹. Christ⁹ sanguinē suū ad hoc fudit. vt peccata nostra delerꝫ. vt em̄ diabol⁹ nos tenebat deletū est sanguine redemptoris. nō aūt tenebat nos nisi vinculis peccatoꝝ. De scd̄o scꝫ vt absolutos reuocaret Esa.xliij. Reuertere ad me qm̄ redemi te. glosa. sanguine. qd̄ si feceris celū ⁊ terra ⁊ omnia elemēta in salute tua letabūtur ecōtra. si nō feceris om̄ia ꝯtra te pugnabunt. Sap̄.vi. Armabit de⁹ creaturā advltionē inimicoꝝ ⁊ pugnabit cū illo orbis terrarū ꝯtra insensatos. Porrexit ergo christ⁹ manuꝫ in cruce ⁊ libauit sanguinē soluens omnes a vinculis peccatorū et adhuc quasi auem fugientē manu cruenta reuocat peccatorem. Esa.xlvi. Ego sum vocans ab oriente auem quasi de longe. s. de statu peccati reuocans instabilē et refugam aīam. Scd̄o de pedib⁹ fudit sanguinē: vt antiq̄s iustos de lymbo inferni educēdos demōstraret ⁊ ad patriā celestem deduceret. De p̄mo Threñ.j. Torcular calcauit dn̄s virgini filie iuda. arbor ⁊ tortura torcularis significat passionē christi in ligno crucis. qui vere in torculari calcat sanguinez vue pedib⁹ fuudit ⁊ multos ex eo letos facit.. Christus ergo virgini iuda torcular calcauit. quia in passione crucis de pedib⁹ sanguinē fudit ⁊ iustos in fide incorruptos d̄ inferno liberās letificauit. Zach.ix. Tu quoq̄ in sanguīe testamēti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in q̄ non erat aqua. scꝫ celestis refrigerij De secūdo. s. vt eductos de inferno ad patriā deduceret. Heb.ix. Christus assistens pontifex futuroꝝ bonoꝝ p̄ ꝓprium sanguinē introiuit sel' in sancta. ⁊ hoc nō solus. sed cū magno exercitu iustoꝝ quos de inferno eruens secū duxit. Vn̄ ps̄. Ascēdens in altuꝫ captiuā duxit captiuitatem Esa.lxiij. Dicūt angeli. quis est iste qui venit de edom tinctis vestib⁹ de bosra. Iste formosus in stola sua gradiēs in multitudine fortitudinis sue. id est ascendēs cū multis fidelib⁹ quos de inferis potēter eduxit ⁊ ad celos secū vexit Tertio fudit sanguinez de vulnere lateris sui ⁊ cordis vt discipl'os in fide dubios ⁊ alios multos in fide ⁊ bone vite stabilitate tētatos. ⁊ ideo frigidos ⁊ quasi mortuos calefaceret et reuificaret. ⁊ sic reuificatis suo sanguine iter celeste signaret vt post ipsum feruenter currerent. De p̄mo.

Vicesimusnonus.

